

Provincial
RPA

Provinciaal
RBA

ACTA LITERARIA

SOCIETATIS

RHENO-TRAJECTINAE.



ACTA LITERARIA


SOCIETATIS


RHENO-TRAJECTINAE.

TOMUS PRIMUS.



LUGDUNI BATAVORUM
APUD S. & J. LUCHTMANS
ET
TRAJECTI ad RHENUM
APUD B. WILD & J. ALTHEER,
MDCCLXXXXIII.





L. S. D.

HENR. IO. ARNTZENIVS,

Societ. Traiect. ab actis.

Ea est litterarum, quae ab humanitate nomen ducunt, ea Critices iustis circumscriptae limitibus praestantia, ut nihil fere sit in quovis doctrinarum genere, quod sua luce non collustrent. Vno itaque atque pari hominum eruditissimorum consensu in adiuvanda bonarum artium commoda nati videntur, quo maiori in eas litteras studio incensi, & superiore reliquis labore & industria has aliarum artium ministras sint complexi, ita demum omni praedicatione dignissimi, suoque merito admirandi. Quo plura autem fuerint incre-

menta, quibus hac ratione sese tueri, & ornare artes potuerint, eo iustiores dudum fuerunt querelae, sparsas foliorum Sibyllinorum instar Observationes, Codd. MSS. Variantes, & si qua alia sint istiusmodi, in commentariolis latentia periisse, sive quod iis apte in lucem edendis nullus esset locus relictus, sive quod post Virorum eruditissimorum mortem in aliorum, imperitia dicam an segnitie haec parum curantium, manus pervenerint, sive denique, quod omnium turpius est, institoribus similibusve cesserint futuri turis piperisve cuculli. Huic malo remedium quaesiverunt illi, qui suum talibus pretium statuebant, quos de pluribus ab interitu vindicatis gratulati sunt omnes cordati. Non alio apud Belgas nomine commendandus est in primis D'ORVILLIVS, *quo tamen mortuo, qui hoc*

exem-

exemplum sequeretur, nostri habuerunt neminem. Solo igitur publicae utilitatis studio id sibi agendum duxit Societas Rheno Traiectina, editoque Programmate consilii sui rationes copiose exposuit. Neque consilio defuit eventus. Quae enim ea mente typis exprimenda curavit, Actorum primam partem publici iuris facit, eam haud displicituram Tibi confisa, quia id sese adeptam sperat, quod eo fert, quo ipsa intendat, id est, ad ornanda bonarum artium studia. In iis, quae hoc volumine contineantur, nihil est, de quo sis monendus; nisi hoc Tua scire intersit, FRIDERICI LVDOVICI ABRESCHII, *V. C., Notas deberi ipsius Filio, Theologo apud Groninganos consummato. Ceterum, quanta sint hujus aetatis ingenia considerantes Societatis nostrae Moderatores, non desperant,*

fore

fore plures, qui laudabile hoc inſtitutum ſua opera, & favore ſint adiuturi, quo eadem via pergere, hominumque eruditorum votis inſervire, & ſatis facere queant. Ita vale.

SO-

SOCIETAS ARTIUM AC SCIENTIARUM

RHENO-TRAIECTINA

L E C T U R I S

SALUTEM ET OFFICIA!

Quandoquidem ab aliquot annis, privilegio Illustrium atque Potentium Populi Traiectini Ordinum constituta societas, praeter illas artes atque scientias, quae, communi fere consuetudine similium, et in aliis Europae regionibus, et in Batavia nostra dudum celebrium, sodalitatum, vulgo magis excoli tractarique solent; eas quoque sibi literas promovendas esse judicavit, quae ab humanitate nomen habent: his publice propositis tabulis omnes eruditionis antiquae statores ac vindices, qui alicubi supersunt, excitare atque invitare visum est, ut instituto tam utili favorem ac benevolentiam laeti lubentesque tribuere, suamque nobiscum in universae rei literariae commoda symbolam conferre velint.

Et merito. Quis enim est artium ac scientiarum amans, qui non intelligat, *cum* quantum lucis et emolumenti quibuslibet humanitatis verae cultoribus instaurata literarum anti-

quarum per Europam doctrina contulerit; *tum*, quam eheu! nimis justæ legitimæque sint eruditorum ubique propemodum hominum querelæ de neglectis fere jacentibusque bonis artibus.

Has, si qua fieri possit, erigere, fugientesque et a Batavo litore Musas sistere, nobis animus est.

Eo consilio doctis quibuslibet, doctrinæque veræ studiosis, amplum hoc elegantioris Literaturæ theatrum aperire visum est: in quo possit unusquisque, sive suo nomine addito, sive occultato, doctorum virorum de suis periculis atque laboribus, ad antiquos, ac serioris ævi literas eruditas relatis, explorare judicia.

Primum enim de literis antiquis bene mereri animus est. Eas itaque rogamus et officiose cum publica luce communicandas expetimus Dissertationes, Observationes, Commentationes, longiores, breviores, quibus aliqua pars historiæ veteris, sive sacræ, sive civilis, sive naturalis, sive literariæ, quorsum et historiam linguarum, scriptorum codicum, artium ac scientiarum, hoc est, Jurisprudentiæ, Medicinœ, Philosophiæ referimus, cum utroque historiæ lumine, Chronologia atque Geographia vetere, firmari vel illustrari possit: ita ut et in his, et in illis, de quibus deinceps dicturi sumus, tam sæpissime satis recte scripta, quam commentarios, verborum quidem uberes, rerum autem inanissimos, studiose deprecemur.

Scriptorum veterum quorumvis, Græcorum,

rum, in his ſacrorum Novi Foederis, Latinorumque, Hiſtoricorum, Geographorum, Poëtarum, Eccleſiæ Doctorum, ſive Patrum, Jurisconſultorum ante Juſtinianum, Medicorum, Philoſophorum, Rhetorum, Grammaticorum, illuſtrationes, explicationes, emendationes, ac vindicationes lubenter recipiemus.

Antiquas dicendi formulas, ſermonis elegantias, vocum origines, ac ſignificationes parum cognitas, ævique veteris ritus et conſuetudines nondum ſatis exploratos, ſi quis indagare, aliosque docere velit, et huic noſtra patebunt *Acta Latina.*

Si quis eſt, qui rei cujusdam antiquæ dictionisve ſtudioſus indagator aliquid ſciſcitari et quærere velit, ope nostra doctorum per Europam hominum quaſi ſenatum cogat, et quidquid ſcire voluerit, in deliberationem publice mittat.

Neque literas Orientales, neque hiſtoriam Orientalem, atque Poëſin, neque doctam criticamque Foederis Antiqui explicationem excludimus, dummodo et ab his legi atque intelligi posſit, qui magis Græcis ac Latinis delectantur.

Neque Poëſin odimus, ſed mala carmina. Si quis autem faventes ſibi Muſas expertus verſus antiquorum æmulos componere ſciverit, huic nostri Commentarii publicum ſint Odéum.

Inter antiquitatis doctæ monumenta ſive operum atque ædificiorum rudera et reliquiæ, ſive numismatum inſcriptiones et effigies, ſive

ſta-

ſtatuæ et imagines, ſive ſupellex quælibet, ſive gemmarum ſculpturæ et anaglypha, ſive lapidum marmorumque tituli præcipuam ſibi curam atque industriam efflagitant, quam illis minime deesſe patiemur.

Hæc de literis antiquis dicta ſunto. Neque vero in his ita toti esſe atque habitare decrevimus, ut ætatis ſerioris monumenta ſcriptoresque nobis omnino negligendos exiſtimemus. Etenim et tam leni ſæpe ſuccesſu ab optimæ ætatis ſcriptoribus ad ætatem ſeriorem ac deteriorem deſcenditur, ut antiquitatis genuinæ ſinceræque atque ejus, quæ minus laudabilis esſe videatur, fines non niſi difficulter regi posſint; et animis literatorum haut injucundum aut infructuoſum eſt, eam rerum optimarum vicisſitudinem atque declinationem intueri, qua paulatim omnia ſenio quaſi quodam languentia tandemque confecta primum in pejus vergere, deinceps in exitium prona ruere deprehendantur; in quo tamen ipſo juvenilis atque virilis ætatis ſeneſcente vel exſtincto flore melioris ævi mixtum hic illic vigorem obſervasſe juvabit.

Igitur hiſtoriam ſerioris ævi, quod *medium* vulgo dicitur, eamque vel Eccleſiaſticam, vel Civilem, vel naturalem, vel literariam, quorſum hîc loci tota fere res Diplomatica pertinet, cum ejus ætatis Chronographia, Topographiaque, ſi quis adjuvare velit, per partes in Commentariis nostris illuſtrabimus.

Lexicographi, Grammatici, Scriptores Eccleſiaſtici, Chronographi, Codices Theodoſia-

fianus et Justinianeus, Imperatorum Romanorum Novellæ Constitutiones, Romani Juris Interpretes Græci, Auctores Juris Pontificii, sive Canonici, Poëtastri denique multi sunt ejus ætatis ac loci: Diplomata multa vel spuria rejici, vel dubia vindicari, vel genuina explicari atque illustrari, vel vitiose prolata corrigi, vel edita necdum in lucem proferri poterunt. Huc referas Testamenta, Fundationes, Donationes, Apochas, Contractus, Pacta, Foedera, Chronica breviora, nondum alibi edita.

Huc recipiemus et illa, quæ gentium Borealium historiam, poësin, mores, linguam, ac monumenta illustrant.

Doctas etiam criticasque de libris novis, ad communes literas spectantibus, vel de scriptorum veterum ac medii sæculi novis editionibus relationes, ab Auctoribus *Bibliothecæ Criticæ*, qui utinam eo, quo feliciter adhuc progressi sunt, pede diutissime frequentiusque pergant, haut occupatas, Actis nostris inseremus.

In quibus omnibus colligendis atque adjuvandis quicumque nobiscum operam collocare velit, quantocius sui studii et industriæ specimina, sed, quantum fieri potest, sine sumtu nostro, nobis transmittat, perferenda ad Virum Clarissimum, *Petrum Luchtmans*, M. D. Medicinæ Anatomes et Chirurgiæ in hac Academia Professorem Ordinarium.

Nec suas tantum unusquisque, sed et aliorum celebrium doctorumque virorum lucubra-

brationes, commentationes, epistolas, typis nondum exscriptas, & ad commune rei literariæ commodum spectantes, libere mittat.

Ea tantum lege, ut honeste atque decore scripta sint omnia, sine felle, sine fuco, sine fastu: nobisque integrum sit, quæ luce publica minus esse digna censuerimus, premere, nobisque servare. Sic nobis, quicumque literis bene cupitis, favete atque valete! Dabamus Traiecti ad Rhenum, die VII Maji, anni Dionysiani CIↃ.IↃ.CC.LXXX.VII.

IN-

INDEX

CAPITVM

TOM. I.

VIII.

* Quem brevi post transmissas hasce Animadversiones vita nuper functum lugent omnes, qui litteras amant.

CHRI-

CHRISTOPHORI SAXI SCHOLIA LITERARIO-CRITICA AD L. A. MURATORII NOVUM THESAURUM INSCRIPTIONUM.

MISSUS I.

PROLOGUS.

Nulla post *Gruterum* locupletior titulorum veterum Sylloge in lucem exiit, sed simul etiam nullum corpus pluribus subinde ad cognoscendi & judicandi vsum difficultatibus obseptum est, quam *Muratorianum*, sive quod copiosior ad virum egregie doctum moles vndiquaque confluxerat, quam per otium digeri posset, sive quod huius Συναγωγῆς auctor pleniori Indice quodam *Sponiano*, *Fabrettiano*, *Gudiano*ue destituebatur, sive quod librorum fontes, unde manaverant lapidum tituli, neque ea, qua debebat, accuratione in consilium vocaverat, neque pristinam *Gruteri* consuetudinem, quam nostris certe moribus sequi non debebat, Archaeologorum quippe nomina duntaxat, sine librorum, capitum, foliorumue commemoratione

generatim edendo, deseruerat. Non is profecto sum, qui haerentem capiti multa cum laude coronam detrahere velim, cupide assentiens viro praeclarae eruditionis *J. P. Dorvilio*, hac *vasta* sua *Collectione rei literariae fundum mirum in modum ampliasse* censenti, in *Diatribe* in *Inscriptiones quasdam*, p. 145. *Miscell. Observ. Nov.* Tom. III., satisque gnarus, quantum vir de Historia & antiquitate medii aevi immortaliter promeritus, innumeris literarum caussis profuerit, adeoque nemo me lubentius, faciliusque cum *Jo. Matthi. Gesnero*, in *Disputatione* de *Marmore Cassellano Gymnastico*, p. m. 50. & *Jo. Aug.* ~~*Ernestio*, in *Archaeologiae Literariae*~~ c. II. p. 47. illius Thesauri patrocinium susciperet, si pari opera, atque hi Duumviri literatissimi, ad multiplicia rei Epigraphicae curricula animum appulissem. At enim, si non modo verum sentire, sed etiam quod sentias, dicere licet, ad hos potissimum locos illius ceteroquin praestantissimi corporis naevi redeunt. Primum libris ipsis non eo, quo par erat, studio vsus est *Muratorius*, classica marmorum corpora minus assidue inspiciendo, vnde factum est, vt plurimos describi iuberet titulos, tanquam nondum editos, a *Grutero* vero, *Reinesio*, *Sponio*, *Fabretto*, *Gudio* dudum occupatos. Sic alteram *Gruteri* editionem ab eo neglectam esse docuit passim vir κειλικώλαλος, mihique, cum viueret, amicissimus, *Joh. Gasp. Hagenbuchius* in *Epistolis Epigraphicis*, tamquam p. 58. (84.) 298. 503. 570. quod etiam approbabo ad *Murat.* CXC. 7. *Gudium* enim potius laudare debuisset, quam *Gerium*, quo-

po-

niam id *Gudius* dudum ante *Gorium* animadverterat ad *Gruterum*. Corpus quidem *Gudianum* non ſatis idonea de cauſa *ſe inſalutatum dimiſiſſe* ait in Praefatione, idem tamen ante oculos dabuiſſe, credere me jubet locus *Murat*. CLVII. 6. neque propterea excuſationis veniam impetrare poteſt, tot e ſchedis *Ligorianis* titulos, quos indidem ſumſerat *Gudius*, ipſemet haudquaquam praeteriens. Similis aliarum ſchedarum impetratio alius mirae ſecuritatis procreatrix fuit, vt ſaepe ἀνεκδότους crederet noſter, qui dudum alicubi luce publica donati erant. Sic verbi cauſa monere, ſaltem in Praefatione, lectores debuiſſet, pleroſque titulos, quos Abbas *Pompeius Compagnonius* e ſchedis *Barberinis* ad eum miſerat, jam legi in *Cyriaci Anconitani Epigrammatibus repertis per Illyricum* ſuperiori ſaeculo, vbi, aut quo anno, incertum, forte, A. 1654. *Romae*, vt vult E. *Corſinus*, Tom. 1. *Faſt. Attic*. p. 42. ſub auſpiciis Cardinalis *Franciſci Barberini*, opera vero & ſtudio *Caroli Moroni*, fol. editis, qua de re jam conqueſtus eſt vir harum literarum conſultiſſimus, *J. P. D'Orvilius*, in *Miſcellan. Obſervat. Novis* Tom. III. p. 145. 146. 148. & Tom. IV. p. 317. = 319. jureque ſuſpicabatur, plures in ſchedis *Compagnonianis* inſcriptiones a *Cyriaco* collectas, quam in editis fuiſſe. Quam divinationem minime vanam fuiſſe oſtenderunt *Commentariorum Cyriaci Anconitani Nova Fragmenta*, a *Pompeio Compagnonio* in lucem edita, & *Notis Hannibalis de Abatibus Oliverii* illuſtrata, *Piſauri*, 1763. fol. Illius vero διλλογίας cauſa laudatus modo ante *Hagenbuchius Muratorium*

defendit, *repetitiones*, inquiens, *etiam inutiles interdum prosunt*, in *Epist. Epigr.* p. 26. 64. 299. cui sententiae hactenus non intercedo. Vel sic tamen ille repetendi morbus, quo non nego alios quoque laborare, veluti *Gudium*, XXXI. 6. & 9. XLIII. 1. & 2. XLVI. 3. & 5. item *Fabrettum*, cuius alioquin oculi tanquam speculatores, omnia circumspicere solebant, qui tamen per oscitantiam vna eademque pagina titulum, III. 557. & 559. bis edidit, nec paucis locis *Malvasianos*, quasi nondum vulgatos, e schedis reposuit: in *Muratorio* certe omnium est frequentissimus, neque culpandus foret vir eruditissimus, si promulgatos jam antea titulos assumtis *Ligorii*, *Ptolemaei*, *Jucundi*, *Capponiis*, aliisque similibus schedis lectionis varietate distinxisset, lectoresque in Indice, vt *Holthenus* passim ad *Gruterum* fecit, ad singularum Inscriptionum animadversiones respicere jussisset. Praeterea, quotiescunque duplex ipsi exemplum contigerat, recte atque ordine fecisset, si vbique illum tenuisset morem, quem in aliquibus eum observasse, verumtamen raro, cognovi, tanquam CMXXXVI. 3. CMXLII. 8. MCXX. 4. 5. MCLXVIII. 1. Ipse quidem *Muratorius* in *Editoris Monito*, quod extat In limine Tomi II. *inscriptionem hanc* inquit, *dele*, *uti repetitam*, tum in *Addendis* & *Corrigendis* Tom. IV. p. 13. ad DCLXXIII. 4. *hanc*, inquit, *Inscriptionem dele, repetita quippe est* p DCCXV. 9. *& quidem emendatior*, item ad MCMXLVIII. 4. *dele*, inquit, *Inscriptionem*, *quae eadem est cum praecedenti*. Verum quot, quaeso, nunc de medio tollendi

di forent lapides, quos inutiliter, interdum bis, terue recensuit. Alterum viri optimi peccatum in eo situm esse doleo, quod *Doniano* Syntagmate, *Sponii* Itineribus, *Octavii Rubei*, & *Vinaccesii* Marmoribus Brixianis, *Cuperi*, *Coloniae*, *Maffeii*, *Montefalconis*, *Mabillonii*, *Malvasiae*, *Lupi*, *Galei*, *Turnefortis*, *Tollii*, *Smithii*, totque aliorum scriptis vsus, aliquot passim centenos non levioris momenti, si summatim ratiocineris, titulos omisit, aliis simul per Angliam & Scotiam *Horslaei*, & *Gordoni* monumentis, quae jam tum extabant, penitus neglectis. Tertium genus animadversionis spectat ad libros, generatim obscurissimeque indicatos, tanquam cum nude & simpliciter ex *Transactionibus Anglicanis*, *Actis Lipsiensibus*, *Memoriis Trivultinis*, *Montfauconio*, *P. Calogera*, reliquis eiusmodi, hos illosue descriptos esse titulos ait, quod quantam molestiam creet, ostendit *Hagenbuchius* cum in *Diatribe*, p. 22, tum in *Diptycho Quiriniano* p. 193. Sic cum laudat *marmor effossum cura Eminentissimi Cardinalis de Polignac*, aut *ex editis cura Eminentissimi Cardinalis*, quis suspicetur tabulas intelligi *Petri Leonis Ghezzii*? Interdum ne a permixtione quidem auctorum sibi cauit, *Gorium* pro *Donio*, & vicissim *Donium* pro *Gorio* antestatus, indicio *Hagenbuchii*, in *Epist. Epigr.* p. 461. item *Lupum* pro *Vulpio* nominans, veluti XXXVII. 2. quae indiligentia adhuc condonari posset, si modo eadem subinde cura & fide, qua librorum auctores dederant, literatos reddidisset lapides. Cuius eum culpae reum fecerunt nonnulla *Marmorum Felsi-*

neorum exempla, MCLVII. 10. MDCLXXIX. 12. inprimis illud joculare, MDCXLI. 8. multis certe passim mendis inquinatas dedit Inscriptiones. proinde fontes, e quibus suas hausit, adnotare non pigebit. Praesertim vero literis Epigraphicis fraudi est, lacunas, aut scripturae compendia in lapidibus non religiose servari, sed vel ingenio interpolata, vel ἀλογραμμάτως scripta, pro vere in monumento incisis offerri. unde saepissime argumentorum e lapidibus petendorum fucos, & ludibria oriri posse nemo non intelligit. — Jam igitur, quoniam ad emendatae lectionis interpretationisque vim & sanitatem multum interest, scire, qui cuiusque tituli fontes, qui rivuli fuerint, jam olim id mihi negotii datum esse credidi, vt libris inter se commissis, vera lapidum cubilia, & situm cognoscerem, titulorumque integritatem, scripturam, varietatemque vel auctoritate eorum, qui ipsa monumenta viderant, vel eorum fide, qui aliunde accepta in schedas retulerunt suas, metirer. Inde *Animadversionum* quoddam *Periculum*, vti in *Grutero*, *Reinesiove*, sic in *Muratorio* jam olim facere conatus sum, quod haud scio, an nimis humaniter *Sebastian. Donatus*, v. c. cum *Tomo I. Supplementi ad Novum Thesaurum Inscriptionum Muratorii* coniugauerit. Ab illo tempore tametsi longe aliis immersus negotiis laboribusque essem, tamen ad pristinum illud oblectationis studium identidem respiciens, quae illic exorsus eram, persequi statueram. Id vero consilium ne vanum esset, amicorum nunc, vt de horum *Actorum*

La-

Latinorum symbolis essem, rogantium, suasio & voluntas effecit. Proinde silentio praeteritis, quae antea me observare memini, haec nova, Lectorum pace & indulgentia, non tam orationis copia & ornatu, quam pressa verborum sententiarumque subtilitate in medium mihi afferre liceat.

Tom. I.

Ad *Josephi Bimardi* Dissertationem I. c. 1. p. 1. non repetam hoc loco, quae ad *Sallustium* jam a me scripta sunt, *Onomast.* Part. I. p. 166. = 168, id duntaxat velim meminerimus, *C. Thoranium*, *P. Varinii* quaestorem, quem *Bimardus* quidem recte sine illis annalium fragmentis p. 4. negat nos scire potuisse, tamen non nunc demum in memoriam hominum rediisse, sed *Freinshemio* jam in *Supplementis Livianis* L. XCV. §. VII. p. 360. ed. *Drakenb.* ex iisdem chartarum reliquiis notum fuisse.

—— c. 2. p. 6. Elogium Latino-Graecum POMPEIAE, (de quo etiam *Hagenbuchius* in *Diatribe*, p. 32.) primum lucem vidit, auctore illustri *Bubierio*, in libello, cui titulus: *Explication de quelques Marbres antiques, dont les Originaux sont dans le Cabinet de Mr...* (Le Bret) *à Aix*. 1733. 4. p. 27. vbi vir pereximius suspicabatur, filiam Pompeii Magni Smyrnae sepultam esse videri. Hanc vero coniecturam cum h. l. *Bimardus* somnium interpretaretur, eam non modo judicii duritiem *Buhierius* in libello de Pontificatu Maximo Imperatorum, (*Dissertation sur le Grand Pontificat des Empereurs Romains*, 1742. 4.) p. 27. = 29. sed etiam in literis ad *Hagenbuchium* datis, (*Epist. Epigr.* p.

 117.)

117.) a se depulit, *Hagenbuchius* vero eamdem sic emollire studuit, in *Epist. Epigr.* p. 75. 76. 78. vt vtrius nos opinionem amplecti oporteat, nesciret. Nemo tamen expectare potuerat, eamdem Epigraphen a *Muratorio* infra repetitum iri, ad MDXCV. 5.

—— p. 8. quod *Caeciliae Metellae* Epitaphium *Bimardus* e *Grutero* CCCLXXVII. 7. vt antiquum refert, id, quasi antea numquam prodierit, e schedis *Nicolai Pacediani* repetitum, in dubiae fidei, spuriisque, nullo, vt reor, jure habet *Muratorius*, infra MDCCXCIX. 2. Atqui vero meminisse debuerat, quod ante *Gruterum*, *Mazochius*, *Epigram.* CLXX. 7. *Apianus*, *Inscript.* CCXCV. 5. *Onuphrius Panvinius*, in *Commentar.* ad *L. I. Fastor.* p. m. 273. *Andr. Schottus*, ad *Sext. Aurel. Victorem* de *Viris ill.* c. LXII. laudarunt, inprimis *Anton. Augustinus Dial.* X. *de Numis.* p. m. 138. propter brevitatem saeculi aurei, hoc est, Ciceroniani esse censuit, & in quo post *Gruterum* tot alii viri docti, velut *Famian. Nardini*, in *Roma antica* p. 85. *Petrus Sanctus Bartoli*, in *Sepuleris antiquis*, Tab. 36. p. 32. 33. edit. archetypae, *Nicol. Heinsius*, ad *Ovid.* VII. *Heroid* 193. & ad *Vellei. Patercul.* II. 88: 3. item *Perizonius*, Dissertat. I. p. 21. & nuper *Job. de Vita*, in *Thesauro Antiquitatum Beneventanarum*, *Dissert.* I. c. 4 p. 55 nihil fraudis subodorati sunt, id non facile ad spuria amandari posse.

—— c. III. p. 11. ad nobilissimum hoc marmor Torigniacense scire satis est, idem apud *Muratorium*, infra DLXXV. sic redire, vt ne

Bi-

Bimardiani quidem exempli & operae mentio fieret. quare tum demum plura de eo differendi opportunior dabitur locus.

—— c. IV. p. 16. praeter Marchionem *Valbonnaesium*, *Anton. Lancellotus* Q. Caetronii memoriam illustravit in sylloge Lapidum vetustorum, (*Recueil d'Inscriptions antiques*,) in *Histor. Acad. Reg. Inscript.* Tom VII. p. 233. ed. *Paris.* vbi *Vantavonem* vrbem *Pedemontii* esse negat, sed substituendum forte *Alabunte* Itinerarii Antonini, seu *Alarunte* Tabulae Peutingerianae docet, aliterque hunc ibi titulum distinguens. Plura de eo disputavit ibidem, p. 257. *sur une Inscription antique, appellée le Monument de Ventavon.* Cf. *Discours lu à l'Academie de Lyon sur une Inscription antique*, vbi *Eccardus*, nescio quis, tertio versu VOLT. reddiderat VOLT*idius*, pessime! pro VOLT*inia*, hoc est, tribu, quem errorem dediscere potuerat a *Fabretto*, IV. p. 338. 339.

—— eod. capite, p. 20. reperta inscriptio est in aede sacra agri *Basque*, vt videre licet ex illa Diatribe, cui titulus: *Dissertation sur une Inscription trouvée dans l'Eglise de Hasparen, au Dioecese de Bagonne*, in *Memoriis Trivultinis*, 1703. Mense *Octobri*, Art. 173. p. 1825. & Art. 174. p. 1832. vbi *Reponse à quelques objections contre la Dissertation precedente.* Scilicet Abbas *Hiriartus* sententiam *Harduini* super hac inscriptione exquisiverat, qui hunc ipsum titulum ideo ab impostore effictum esse solenni sua opinionis levitate existimavit, vt *Novempopuloniae* nominis inde causa approbaretur legendum autem est versu tertio LEGATI, nec in Indicis *Muratoriani* aut

Classe I. *Genio Pagi.* aut Class. IV. *Flamen.* aut Classe VII. *Duumvir Quaestor Pagique Magister.* aut Classe XVII. *Verus*, omitti debuerat.

—— c. VI. p. 27. 28. Idem marmor iterum prodiit infra, CCCLXVI. 1. nulla ibi *Bimardianae* vel diligentiae vel interpretationis injecta mentione.

—— c. VII. p. 32. Ne quid dicam de *Diis Proximis*, qui nulli alii mihi esse videntur, nisi *proximorum*, hoc est, vera latinitatis potestate eiusdem gentis, & domus hominum, id saltem miror, nullam eorum, neque *Tertulli* huius, memoriam in Indice Muratoriano relictam esse. Nollem vero, bone *Bimardi*! de Collectaneis *Gudianis* tam superbe & abjecte judicasses! Fac enim, duo haec quae attulisti, exempla docere, in nonnullis vel *Ligorianarum*, vel *Franc. Redii* schedarum fide decipi potuisse *Gudium*, num propterea tali fuit ingenio, vt in tot aliis innumerisque ferme lapidum titulis, quos se vidisse & descripsisse ait, fucum sibi fieri pateretur, qui, quid esset antiquum, recentiorisue fabricae, vti in altero Epigrammate, sic aliis in caussis toties indicavit? (Cf. hic omnino *Dorvilius*, in *Miscell. Observ.* Tom. III. p. 151.) Nae igitur valde credulus fuit *Muratorius*, cum ex his similibusque *Ligorianis* identidem chartis saperet, eosdemque titulos, a *Gudio* dudum literis mandatos, in horrea sua transferret.

—— p. 33. 34. quam hic ex *Fontanino* decerpsit Inscriptionem *Bimardus*, eamdem sine necessitate infra repositam videmus, MCCLXXXII. 3. Vti vero Indices Epigraphici sunt interpretationis testes, sic index *Muratorianus*, Class. XVII. de-

non vacat peccato, cum *servum* accipere videretur pro *Aegypti* cognomine, sigillatimque poneret *servum Barbari*, & *Peculiari* nomini rursus adderet *Servum*.

—— p. 40. de huius marmoris graeci βυςροφηδον exarati aetate non contemnenda est *Eduardi Corsini* dubitatio in *Dissertationibus* IV. *Agonisticis* allata, Dissertat. III. p. 53. 54.

Ad Diatriben *de Diis* p. 50. n. 11. Fidem *Bimardo* lubens habeo, ita tum lectum esse *Minervae Arnaliae* titulum, vti eum h. l. descripsit. Sed vndenam non modo integrior, pleniorque apud *Scip. Maffeium*, in *Antiquit. Gall.* Epist. V. p. 29. ed. alterius *Veronensis*, 1734. nusquam *Edmundi Thomae*, quantum sciam, memorem, sed verbo duntaxat, *e Dioecesi Lingonensi Inscriptionem acceptam esse* indicantem, cuius etiam, non Bimardi exemplum imitatus est *Muratorius* infra L. 1. sed etiam apud doctiss. *Johannem Le Beuf*, quasi Taurinum? in Miscellaneis Disputationibus, (*Recueil de divers Ecrits pour servir d'Eclaircissemens à l'histoire de France, à Paris* 1738. 8.) Tom. II. p. 274. = 278. qui constanter, more *Nicaesiano* *Arnalyam*, non *Arnaliam* scribens, Celtarum oris potestate, velut Minervam Senatoriam, & consilii publici dominam, interpretatur: simul Decurionis nomen sic edit: CN. PVBLIVS LVCCEIVS MARCELLINVS, quam vere, praestare non ausim. PVBLIVS olim praenomen, sed Caesarum temporibus gentilitium nomen evadere potuit, quod non caret exemplis.

—— p. 51. Eodem modo legitur & illustratur lapis *Mercurio Mocco* dicatus apud laudatum mo-

modo ante *Joh. Le Beuf*. p. 279. qui in consilium vocari mereretur. addatur *Nicol. Mahudelii Explication de quelques Inscriptions singulieres trouvées à Langres*, in *Histor. Acad. Reg. Inscript.* Tom. IX. n. V. p. 142. ed. *Paris.*

—— p. 54. cum hic extaret admodum fidelis imago lapidis, quid erat, cur eiusdem titulum denuo describeret infra *Muratorius*, LXXXV. 4. ex *Maffeio*, *Antiquit. Gall. Epistol.* IV. p. 27. deteriori typo?

—— p. 56. quod tetrastichon ex *Grutero* exhibet, id ipsum quoque retulerunt *Pithoeus* in *Epigram.* L. I. p. 5. inde *Burmannus I. Anthol. Epigr.* LXXXII. *Monachi Benedictini*, in *Itinere Literario*, Tom. I. p. 300. & *Anton. Lancelotus* in *Sylloge antiquar. Inscript. Tom. VIII. Histor. Acad. Reg Inscr.* p. 241. Ceterum quae de Nemauso, Herculeae prolis homine, observavit, nota sunt e *Vossio*, de *Idololatria*, L. I. c. 35. & *Sponio*, de *Ignotorum Deorum Aris.* p. 256. *Thesaur. Ant. Gronov.* Tom. VII.

—— —— Vtramque *Agbonis Dei* memoriam infra praeter rem ex auctore libri de cultu Gallorum, (*La Religion de Gaulois*,) L. V. p 368. redire iussit *Muratorius*, MCMLXXXVI. 2. 3. cum tamen ex hoc ipso *Bimardi* loco cognoscere potuisset, maiori jam corpori *Sponiano*, III. *Misc.* p. 111. illatam esse.

—— p. 59. *quod fuit quondam Marquardi Freberi.* immo non fuit *Freberi*, sed id duntaxat vidit *Coloniae*, teste *Ruperto*. l. l. p. 70. idemque fuisse parvum signum existimo, cuius imaginem dedit *Stephanus Broelmannus*, in raro *Epideigmatis*, *Coloniae* 1608. fol. editi, libro

Ta-

Tabella II. *Sciographica Monumentorum* n. 21. cum titulo, non DEVS RHENVS, sed DEVS RHENI. Neque huius autem, neque alterius tituli, qui infra apud *Muratorium*, CCCXLIII. 4. occurrit, meminerat *Joh. Dan. Schoepflinus*, cum in *Alsatiae illustratae Conspectu*, p. 17. scriberet, nullam *Deo Rheno* dicatam inscriptionem *Muratorium* produxisse.

— n. VIII. nihil sane certius *Granni* cognomine Apollini tributo. Eius *Dio Cassius* meminit. LXXVII. *Hist. Rom.* §. 15. p. 1301. Tom. II. quem locum *Henr. Valesius* sollicitare non debuerat, recte propterea erroris convictus a *Reimaro* ad illum locum, cf. *Wesselingius* ad *Antonini Itiner.* p. 248. A quo Apolline *Granno* nomen urbi *Aquisgrano* inditum esse nemo hodie dubitat, quantumvis praegrandis illius vasis ante curiam positi titulus nescio quem Granum Romanorum principem anili commento jactet. Deum vero MOUNUM, MOGOVNVM, vel MOGONTEM, etsi a Moeno, vel Moguntiaco Germanorum, quod tamen *Henr. Cannegietero* incredibile videbatur in *Epistola* ad *J. P. D'Orvilium*, p. 173. *Misc. Observ. Nov.* Tom. IV. p. 173. ortum, tamen Britannis quoque familiarem esse potuisse argumento lapidum in *Horslaei Britannia*, No. 27. LXXX. No. 45. XLVII. & No. 46. LIII. & *Alex. Gordonis Itinere*, Tab. 44 n. 4. ad p. 98. uti *Bimardo* hactenus concesserim. (add. *Wesseling.* ad *Ant. Itiner.* p. 355.) sic literas VITIRES interpretor VITAE REStitutori, vt *Jovi Restitutori*, *Mur.* X. 7. & Ἀσκληπίῳ Σωτῆρι. LXXXIV. 9.

— n.

——— n. IX. p. 62. cum DEA praeponitur vocabulo AVGVSTAE, intelligi debet, vt recte animadvertit *Bimardus*, ipsa Vocontiorum colonia. At cum postponitur, nihil, meo quidem judicio, singulare denotare videtur, sed huic illiue accommodari solet Deae, veluti apud *Coloniam*, in *Histor. Liter. & Antiquit. vrbis Lugdun* p. 276. AVGVSTAE DEAE VESTAE. Ideoque *Andarta* est *Deae Augustae*, hoc est, Vocontiorum oppidi, peculiaris velut Dea. Similis quidem lapis *Gruteri* LXXXVIII. 11. ex *Apiano* CCCXXIX. DE. AVG. Veronae cultam esse indicat, vnde in Indice *Scaligerano* frustra hoc nomine & numero signatur. sed veriori *Torelli Saraynae*, in *Monum. antiquis Veron.* p. 45. *Thes. Ital.* Tom. IX. Part. VII. exemplo, apud eumdem *Grut.* supra XVII. 11. lectum jam erat DEO AVG*usto*.

——— *Append.* p. 64. n. 1. infra eamdem *Mur.* CXIV. 1. uti etiam n. 11. *Jovis Madbachi*, MCMLXXVIII. 7. Tergestinam, CLXXIV. 7. denuo recensuit, de quibus agam suis locis.

——— p. 67. ad n. IV. nihil in Epistolis *Reinesianis* de *Vincentio Pinello* legi. haec duntaxat praesto sunt ex *Epist.* XXXV. p. 279. *In tabella plumbea, quam Joa. Vinc Porta ad D. Antonii testabatur inventam*, rel. totidem paene verbis descripta ex *Julii Caesaris Capacii Antiquitatibus & Historia Neapolitana* c. XV. p. 133. 134. *Thes. Ital. Tom.* IX. Part. II. reperta autem est *Neapoli*, non *Patavii*, vbi *Pinellus*.

Dis-

—— Differtat. II. p. 77. Eodem modo, vti h. l. etiam doctiss. Abbas *Le Beuf* edidit, in *Dissertation Critique sur l'Ascia sépulcrale des Anciens*, p. 358. 359. ed. *Miscellaneorum* eius *scriptorum*. Sed incorruptius mihi videtur esse exemplum praestantissimi Auctoris *Monumentorum* singularium, (*Explication de divers Monumens singuliers, qui ont rapport à la Religion* p. 98. 99. vbi versu 5. BILVSA & versu 8. EVPREPITES.

—— p. 85. n. IX. hunc lapidis titulum, quasi hic non extiterit, rursus commemorat *Murat.* CLXVI. 6. ex *Maffeio*, *Antiqu. Gall. Epist.* IX. p. 49. vbi recte CASSIA ALTIA. Cum vero p. 86. existimat monumentum *Gruterianum*, CCCCXCIV. 7. *vbi Flaminis Virbialis* mentio, *non aliud* esse *a superiori*, CCCCXLV. 3. *vel potius illius fragmentum*, *vel partem*, errasse videtur. Illud enim *C. Octavio*, hoc autem *L. Flavio Flaviano Praetextato* dicatum erat, vt cognoscere licet ex *Corradini Veteri Latio Profano*. I. 27. p. 384.

Ad Literas *Bimardi* & *Valbonnaesii* amoebeas, p. 139. Huius marmoris elegantior forma & habitus est in *Historia Acad. Reg. Inscript.* Tom. I. p. 262. ed. Bat. vel. p. 212. ed. *Paris. sur une Inscription de l'Empereur Albin.* Eiusque antiquitatem adversus *Sponium* & *Menetreium.* defendit *Claud. Bozius*, suffragante ipsi *Colonia*, in *Histor. Literar. & Antiqu. Lugdun.* Tom I. P. 1. c. 13. §. 4. p. 242. = 244. Vel sic tamen totum hunc titulum, vt spurium, explosit *Maffeius*, in *Art. Critica La-*

pi-

pidaria L. III. c. IV. p. 478. *Supplementi Donatiani* Tom. I.

ad MURATORII THESAURUM.

I. 1. Idem Epigramma sed corrupte dederunt *Gruterus*, XIII. 4. & *Barthius*, LII. *Adverf.* p. 2427. unde colligere possis, remota litera B. legi saltem oportere C. ABVRIVS. At metuo, ne schedae *Muratorii* ex vero reddiderint, ALAE SCVTATORUM, quoniam in *Grutero* & *Barthio* SCVBVLORVM, in *Pighiano* vero codice SVBVLORVM. quid si legamus SICVLORVM argumento lapidis *Gruteriani* CCCCXXXVII. 7. vel SYLLANORVM. *Ala* certe *Syllana* occurrit apud *Tacit.* I. *Hist.* 70.

I. 3. ad verba: *reliquit post se* (Pyrrhus Ligonus) *immane opus XL. Voluminibus in fol.* Ambiguitatis plenissima, sibique passim repugnans cum de numero, tum de genere *Ligorianorum* codicum fama est, quam non facile in concordiam redigas. *Laur. Pignorius*, vti *Muratorius* ait, *Ligorium in XL. libros coniecisse quicquid pervenerat ad nos a vetere aevo.* in *Symbolis Epistolicis*, *Epist.* III. p 20. sic etiam *J. J. Björnstähl*, in *Itin. Part.* I. p. 389. quasi aliorum fide, narrat, XL. codicibus absolutum fuisse videri· qui tamen numerus vel augebitur vel minuetur pro diversitate exemplorum, quae huc illucue monstrari dicuntur. *Nicol.* enim *Heinsius* in Epistola ad *Gronovium*, p. 258. *Syllog. Burm.* Tom. III. *Autographum*, inquit, *in Taurinensi extat, & quidem integrum*, TRIGINTA *circiter Vo-*

Voluminum opus. tum in Epiſtola ad *Job. Scheffèrum*, p. 133. Tom. V. eiuſdem Sylloges, *Pyrrhi*, ait, *Ligorii Antiquitatum ineditarum XXX. Voluminum opus in Bibliotheca Reginae extare*, mox in Epiſtola ad *Reineſium*, p. 192. eiuſdem Tomi, *opus iſtud Ligorii*, inquit, *quod in* TRIGINTA *fere diſtinctum Volumina cum in ducali Taurinenſium ſervaretur Bibliotheca, ſe conciliante, Reginae Chriſtinae dono datum* eſſe, (vid. quoque *Burmannus*, in *Vita Heinſii*, p. 22.) idque oblique alio loco in Epiſtola ad *Carpzovium*, p. 280. *autographum* vocat· vel ſic tamen ibidem non minus, quam in alia ad eumdem *Reineſium* Epiſtola, p. 204. eiuſd. Tomi, *ex Libro* XXXIV. *Antiquitatum Romanarum*, cuius *apographum Libri* in *Bibliotheca Barberina* ſervari auctor eſt, *ſe non pauca deſcripſiſſe* teſtatur, nec non ad *Carpzovium*, p. 280. eiuſd. Tomi, *parabat* (Pyrrhus Ligorius) *immenſum opus in Volumina circiter XXX. diſtinctum, cuius Tomos duos aut tres Franciſcus Barberinus curavit deſcribendos, ac ſuae bibliothecae vindicavit·* & tamen rurſus idem *Heinſius* in Epiſtola ad Chriſtinam Auguſtam, p. 739. Tom. V. *Taurini* ſe, inquit, *vaſtum Pyrrhi Ligorii opus* VIGINTI SEPTEM *voluminibus comprehenſum inſpexiſſe.* Accedit perturbatio narrantium, veluti *Johann. Mabillonii* in *Muſeo Italico*, p. 8. *qui viginti ſex Volumina* vna cum *Dictionario in Sex Volumina* diſtibuto: *Jo. Georg. Keyſleri*, (in *Itinere*, Tom. I. p. 265. ed primae theotiſcae,) qui *Taurini* XXX. *Jac. Phil. Dorvilii* contra, qui Anno 1726. vt credere nos jubet *Burmannus* in Praefatione ad Tom. I. *Anthol. Lat.* p. XXVI. *duo & triginta*, item

J. J. *Bjornståhlii*, qui *duo* quidem & *triginta* itidem *Taurini*, (in *Itinere*, Tom. II. p. 308.) sed simul etiam X. grandes Idiographos codices *Neapoli*, & XII. Apographos in Vaticana Bibliotheca Romae vidit, (arg. *Itiner.* Tom I. p. 388. 389.) quibus locis omnibus inter se collatis valde arduum est definire, quot *Ligorius* codices reliquerit, quot propterea Librorum exemplaria, quot exempla sint. Quomodo igitur NON PAVCI, vt ait *Muratorius*, in *Bibliotheca Barberina* extare possint, cum duo tresue duntaxat *Franc. Barberinus* describendos curauerit, & ex XXXIVmo saltem *Ligorii* Libro nonnulla descripserit *Heinsius*, & *Lucas Langermannus*: arg. *Rein.* I. 254. tum quomodo PLERIQUE in Bibliotheca Christinae, quae in *Ottobonianam* transiisse dicitur, & unde *Henr. Brencmannus* suos mutuavit titulos, in *Epistola de Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio*, p. 856. *Fastor Reland.* residui esse possint, & tandem, quomodo duo Tomi XXIV. & XXXIX. Parmae in Bibliotheca Farnesia custoditi, quibus se beneficio *Francisci Andreasii* vsum esse ait *Muratorius*, pro *altero Autographo* haberi possint, non intelligo, nisi revera sumamus apud solos Taurinates mansisse *Ligorii* Idiographa, apud alios monstrari Apographa, neque *Christinam Borboniam*, Sabaudorum Ducis matrem, *Christinae* Suecorum reginae ipsa Autographa muneri dedisse, sed concessisse videri, vt exempla inde sumerentur. — Dolendum autem est *Ligorii* fidem non vsquequaque tutam & salvam hominibus eruditis, tamquam *Spanhemio*, (de V. & P. N. p. 139. sequ) *Fabretto*, (ad *Inscri.*

script. VII. 130. p. 507.) *Dorvillio*, (in praeclara *Exercitatione de Inscriptionibus Deliacis*, p. 93. = 96. Vol. VII. Tom. I. *Miscellan. Obseru.* *Corn. Valer Vonckio*, (in *Obseruat. Miscell.* c. XXXV. p. 129. sequ.) *Ian. Andr. Hultmanno* (in *Diatribe* de *Servis Binominibus*, §. 5. p. 33.**) & aliis visam esse. Quocirca opportune fecit *Muratorius*, cum inter censores illos, & patronos eius, velut *Onuphr. Panvinium*, *Ant. Augustinum*, *Hieronymum Mercurialem*, *Steph. Vin. Pighium*, *Corradinum*, & alios, medius sederet iudex.

II, 1. Ex *Apiano*, CLXVIII. dudum recensuit *Grut.* XIV. 14.

II. 2. Neque ignota fuit *Grutero*. XIII. 2. qui e *Torellii Sareynae Monumentis antiquis ciuitatis & agri Veronensis* p. 59. *Thes. Ital.* Vol. IX. Part. VII. habuit, neque *Raymundo Duellio*, in *Lucubrat Epistol.* p. 29. n. 11. ubi pro *T. Aemilius* male F. legitur.

——— 5. Hoc itidem fragmentum extat apud *Gruter.* XIII. 3. ita quidem, vt non opus esset, ipsum ex *Guichenonii Histoire Genealogique de la Royale Maison de Savoye*, Tom. I. p. 35. typis repetere.

——— 7. Vt ovum ouo, ita similis est arae dedicatio apud *Gruterum*, XIV. 16. ex *Jacobonio*, (in *Appendice ad Fonteium.* c. 2. p. 21.) nec dissimilis apud *Donium* I. 70. quam hic frustra excerpsit. omitti enim poterat, vt nomen ATINATIA HELPIS omissa est in Indice.

III. 2. Eandem quoque iam ANTONINI nomine auctiorem obtulerunt *Gudianae* Inscriptiones, VIII. 6. non iniuria vero hic *Muratorio* scrupuli sunt injecti, quos nemo eximere po-

 teste,

teſt, niſi aut cum eruditiſſ. *Henr. Cannegietero* in *Epiſtola ad J. P. Dorvilium*, p. 180. Tom. IV. *Miſcell. Obſerv. Nov.* ſuſpectam, aut cum *Joſeph. Bimardo* in *Obſervationibus ad nonnulla loca* p. 485. *Supplem. Donatiani*, falſam eſſe pronunciet

III. 3. In caſtelli monte vulgo *Caſtelberg.* veram huius lapidis Iconem aere deſcribi juſſit *Jo. Dan. Schoepflinus*, in *Alſatiae illuſtratae Periodo Romana.* Tom. I. p. 473. Tab. VII. n. IV.

—— 4. & quidem *Memoriis Brixianis*, p. m. 82. Inconſtans vero eſt Muratorius, cum TERTIVS hic ipſi praenomen ſumebatur, quod in Indice nominis locum obtinet.

—— 7. Si verus eſt typus *Raym. Duellii* in *Lucubrat. Epiſtol.* Tab. aen. fig. 1. ad p. 29. non BARO legitur, ſed BAR. unde *Duellius* effinxit BAR*batus*· addit praeterea *Coelio* praenomen L. Attamen maior mihi fides eſt *Petri Gratiolii*, qui in *Diſſertatione de praeclaris Mediolani aediſiciis*, *Mediolani*, 1735. 4. p. 152. 153. eodem modo, vt *Muratorius*, arae, eleganter cum tauro & vaſis ſacris depictae, titulum retulit.

—— 8. Unde hanc Epigraphen, non in urbe Aegypti *Koul*, ſed *Kous*, quae fuit Apollonopolis, judice *Hagenbuchio*, (in *Epiſt. Epigr.* p. 352.) viſam, e *Pauli Lucae Itinere Turcico & Aegyptiaco*, Tom. III. ad p. 2. ed. *Rothomag.* 1724. an aliunde, ſumſerit *Bimardus*, incertum. Id conſtat, vitioſe deſcriptam emendaſſe cum *Bubierium*, in *Hagenbuchii Epiſt. Epigraph.* p. 100. cuius typo utcunque reſpondet

det exemplum *Pocockianum* in *Observations on Egypt*, c. XVI. p. 277. n. V. adde eius *Inscriptiones antiquas.* p. 87. f. tum *Bimardum*, ipsum in *Obseruationibus*, p. 485. *Supplementi Donatiani*. Peccari autem tam a *Muratorio*, quam *Bubierio* in numero Ptolemaeorum ipsa series stemmatis Regum Aegyptiorum, (v. *Tabulas* meas *Genealogicas*, No. XXIV.) demonstrat. Si enim *Ptolemaeus* VI. qui & Epiphanes, intelligi debet, is *Cleopatram* I. duntaxat vxorem, non sororem habuit· fuit enim *Antiochi* M. Syriae Regis filia. Sin *Ptolemaeum* V. malis, vt *Bubierius*, is *Cleopatram* nullam habuit vxorem, sed *Arsinoëm* III. sororem.

—— 10. Dudum edidit, tametsi confusum cum Epigrammate sepulcrali, versibusque tantum tribus absolutum, *Joh. Lucius*, in *Inscriptionibus Dalmaticis*, p. 25. 26. n. 7. Tom. XIV. *Thesauri Siculi*.

III. 11. Eadem dudum & literis mandata a *Bodelotio Daervallo*, in libro francico de *utilitate itinerum*, Tom. I. p. 201. ed *Paris*· quantumuis aeque corrupte ETEITIVS exhibente, literasque singulares DD. i. e. Dedit Donauit, ad *Domesticum* Jovem trahente, & aere expressa est a *Causeo*, in *Museo Romano*, Tomo II. Sect. V. tab. 6. p. 55. ed. Romanae secundae, 1746. fol. vbi legitur. L. TETTIVS pro L. TETIVS. *Bodelotii* vero auctoritate motus *Gisb. Cuperus*, in *Monumentis antiquis*, post *Harpocratem*, p. 235. (is enim est, quem ibi *singularis virum eruditionis* vocat) non modo vitiosum nomen ETEITIVS. edit, sed interpretationem

quoque non necessariam *Jovis Domestici* probat. Cum igitur bis terve iam illa lucerna prodierit, quis non miretur eamdem potuisse bis terue a *Muratorio* referri, veluti hoc loco vitiose, tum emendate, CXVII. 3. & MCMLXXVIII. 4. vtrobique ex *Bellorii*, vel *Petri Sanctii Bartoli* Lucernis Sepulcralibus, (*Le Lucerne Antiche Sepolcrali figurate, Parte seconda*) Tab. 2. ed. *Roman.* 1691. fol.

—— 13. Lucem iam viderat apud *Duellium*, in *Lucubration. Epistol.* p. 24. n. XXV. *Mussellium*, in *Praefationis Appendice* ad *Gudium*, Stell, 6. n. V. *Reimarum*, in vita *Fabricii*, ex schedis *Weidenfeldeni*, p. 348. IV. inprimis *Muffeium* in *Osservazioni Letterarie*, Tom. I. p. 176. n. 3. quod *Muratorium* ideo fugere non poterat, non modo quod alicubi non paucos ex iisdem *Maffeii* Collectaneis titulos, tanquam XLIII. 4. LXI. 8. LXXVI. 2. CCXXVI. 8. DXVII. 1. DCLXXIII. 5. & DCCXCIII. 2. sed etiam infra hunc eundem praeter rem inde recoxit.

IV. 1. Poteritne hic tanquam ἀνέκδοτος redire, quam Gruterus dudum literis custodivit suis, MVIII. 2?

IV. 3. Ex *Joh.* quippe *Pierii Valeriani Antiquitatibus Bellunensibus*, Serm. IV. p. 38. Tom. VI. P. IV. *Thes. Ital.* extat quoque apud *Joh. Nic. Doglioni* in *Dissertatione de origine & antiquitate civitatis Belluni*, p. 4. Tom. IX. Part. VIII. *Thes. Ital.*

—— 5. haud dubie de *Lucernis antiquorum reconditis*, *Patavii* 1662. fol. vnde etiam *Bernard. Montefalco*, *Antiquit. Explan. & Schematibus illustr.* Tom. V. Part. II. L. II. c. IX. Tab.

185.

185. p. 226. deprompsit. Sed iam antea ex *Aldo*, nescio quo nominatim libro, pleniorem *Gruterus*, XVII, a- tribus autem prioribus literis truncatam e schedis *Verderii*, MLXIV. 10. habuit, aliique plures indicarunt. *Gruterus* priori loco *Gnatiae*, ait, in agro Neapolitano repertam esse, quod etiam confirmat *G. Gualtherius*, in *Tabulis antiquis*, Tom. VI. *Thes. Siculi* p. 132. n. LI. Fuit olim portiuncula Musei *Carpinei*, teste *Fortunato Schaccho* in *Myrotheciis sacrorum Elaeochrismatum*, I. p. 37. nec non Musei *Petaviani*, fidem praestantibus *Antiquariae Supellectilis* illius *Tabulis*, p. 1021. Tom. II. *Thes. Sallengriani*. Quomodo similis ad *Chevalerium* Traiectinum illum mangonem, teste eius Descriptione, *Description de la Chambre de Raretés*, p. 8. n. 176. pervenerit, nescio, id novi, eamdem *Chevalerianam* mihi visam esse in Museum *Wassenario-Obdamicum*, quod Hagae Comitum fuit, pervenisse, vbi in eius parte superiori sacrificium Priapi opere anaglypho elaboratum, infra aram vel tripodem cum tribus literis L. C. I. vidi, in fundo vero, siue inferiori lampadis parte reliquas conspexi literas. C. I. C.

IO. M. S.

Non deerent rationes, quare de antiquitate illius monumenti dubitarem. Si enim vera est *Liceti* interpretatio, titulus saltem Priapi sacrificio vix ac ne vix quidem accommodari potest. Dices autem vnius lucernae plura exempla esse potuisse: neque intercedo, aliorum eius generis

cimeliorum varietate multitudineque commotus. Ita Congius Farnesianus, vt hoc vtar, eodem modo, iisdemque literis aliquoties olim effictus, signatusue nonnullis errandi occasionem praebuit, vt in diversorum Museorum similes typos incidentes, illico alium atque alium eius dominum sumerent. Eadem me species decepit, cum migrationem eius in *Periculo Animadversionum* ad *Grut.* CCXXIII, 3. demonstrare conarer, quam divinationem nunc haud invitus damno. Illius quippe archetypi sive ars, sive dignitas multorum artificum olim studia incendit, vt ab hoc genere mensurae alii cives in coloniis exemplum sumerent. Hinc idem vetustatis monumentum tot alia subinde priscorum operum ταμιεῖα edunt, visendumque praebent. *Farnesianum* quippe, *Lucas Paetus* de *Romanorum Graecorumque mensuris* L. III. p. 1634. *Tom.* XI. *Thes. Ant. Rom. Fabrettus*, VII. 372. & *Joach. Oudanus* in *Roomsche Mogentheid.* p. 359. *Colotianum*, *Gruterus*, CCXXIII. 3. *Kircherianum*, *Reinesius*. IV. 17. *Georg. de Sepibus*, in *Museo Collegii Romani*, C. V. p. 22. & *Philipp. Bonannus*, Class. V. p. 174. cum alia mensura congii antiqui, ad Tab. LVII. p. 190. *Stae Genofevae*, Parisiis, *Molinetus*, Tab. XIII. ad p. 43. (*Du Cabinet de St. Genefieve*) Similem habent Marmora Dresdensia. (*Recueil des Marbres antiques, qui se trouvent à Dresde, par Raym. De le Plat.* 1733. fol. Tab. 184. Alium Septimii Severi, sed, vt reor, spurium ostentarunt Tabulae Musei *Chevaleriani*, fol. IV. n. 19. — sed haec obiter.

IV. 6. exhibuerunt jam *Gruterianae*. XV. 8.

& *Donianae* Inſcriptiones in Appendice, p. 556. n. 12. ideoque quid opus erat eandem e ſchedis repetere?

— 7. Offert quoque *Honor. Bouche* in *Hiſtor. Provinciae* Tom. I. L. IV. c. 2. p. 197. vbi verſu 2. legitur: LIB. BACCHIVS.

— 8 Cum neceſſario ad manus haberet *Maffeii Obſervationes Literarias*, Tom. I. p. 203. haec ſcribens, quid erat, cur in ſatis longa adnotatione de *Municipio Apulenſi* nullam illius mentionem iniiceret? Interim eadem jam legebatur apud *Heſſelium*, in *Praefationis Appendice* ad *Gudii Inſcriptiones*, Stell. 6. n. VI. & ex ſchedis *Weidenfelderi* in *Reimari Vita Fabricii* p. 349. 350. n. IX.

— 9. ſcilicet in *Franciae Orientalis* Tom I. p. 9. In *Monumentis* vero *Heilbrunnenſibus* habet *J. G. Schelbornius*, p. 1208. n. VI. Tom. X. *Amoenitatum Literar.* ubi expreſſum lego LEG. VII.

— 11. jam in *Donianis* I. 159. conſpiciebatur.

— 13. 14. Quouis pignore contendere auſim, eumdem eſſe, atque illum *Gruteri*, XIII. 7. & quem deinceps *Boxbornius* in *Quaeſtion Rom.* I. p. 80. dedit.

V. 1. In monte Dononis. Evulgauit primum *Jo. Mabillonius*, in Diatribe de Monumentis Regum Franciae (*ſur les anciennes ſepultures des Rois de France*) in *Commentariis Liter. Ac. Pariſ.* Tom. II. p. 687. ed. *Paris.* inſerta deinceps eius *Opuſculis Poſtumis*, Tom. II. p. 46. tum Auctor libri de *Religione veterum Gallorum*

c. XVI. n. 58. p. 339, & tandem *Joh. Dan. Schoepflin. Alsat. illustr.* Tom. I. p. 473.

— 2. Emendatiorem dudum e *Fulvio*, h. e. *Fulvii Ursini Familiis Romanis*, p. 76. dedit *Gruter.* XIV. 2. quem si consuluisset *Muratorius*, scrupulis suis supersedere potuisset.

— 3. Ex Rubeo, id est, *Ottavio Rossi Le Memorie Bresciane*, p. 83. vbi plenior versus 1. P. MAGIVS P. F.

— 4. Picturam & interpretationem lapidis subministrant *Marmora Taurinensia*, Part. I. a p. 1. n. 1.

— 5. ex Puccinellio haud dubie *Placido Puccinellio*, Pisciensi, de quo *Onomast.* IV. 533. Verum sic obscuravit potius fontem, unde haustus lapis, quam aperuit. Incertiores enim facti sumus, quam dudum, quo ex eius libro, suspicor *Zodiaco sedis Mediolanensis*, etrusce scripto, *Mediolani*, 1650. 4. in memoriam revocatus fuerit. Facilius tamen cognoscetur ex *Memorie Bresciane* p. 84.

— 6. Eadem infra redit MCMLXXVIII. 13.

— 8. Aut hoc loco minus accurate editus est lapis, aut infra DCCXXVI. 10. vnus enim idemque esse videtur. Quomodo vero vtrobique e schedis promulgari poterat, quem dudum incorruptiorem dederat *Alphonsus Cagnacinus* in *Fragmento Historicae Antiquitatis Ferrariae* p. 11. Tom. VII. P. I. *Thes. Ital.* vbi 1. OLLIVS, & vers. 6. ante VII. conspicitur hoc signum ✝. addatur quoque *Donius*, I. 61 apud quem OLIVS.

— 9. Quae ratio suberat, cur *Fortunatus Vi-*

Finaecesius, amplificator *Rubei* potius, mutilam, p. 233. n. 11. quam ipse *Rubeus*, in *Memoria Bresciane*, p. 83. integram, similemque *Gruterianis* exemplis, XIII. 8. & XVI. 7. dare juberetur?

— 10. non depromi e *Ligerio*, i. e. Ligorianis schedis debebat, qui jam accurate occupatus erat a *Grutero*, XVI. 8.

— 13. sed e Codice Taurinensi scripto *Ligerii* pleniorem descripserat *Gudius*, ad *Gruter*. CMLXXXIX. 4. repetitae editionis.

— 16. legendum haud dubie Q. PVblicius DIONISIVS argumento similis, si non eiusdem, lapidis *Gruteriani*, MLXIV. 6.

V. 17. Recte *Rubeus* in *Memoriis Brixianis* p. 82. L. QVINTIVS L. F. EVBVLVS non LI. QVINTIVS LI. F. EVBVLIVS. quae nihili.

VI. 1. v. *Periculum Animadvers.* — *Petrus Gratiolius*, qui de *Praeclaris Mediolani aedificiis & sculpturis*, *Mediolani*, 1735. 4. librum singularem edidit, satis confidenter scripsit, p. 142. arae illius *notitiam quidem alios tradidisse, iconem vero neque opposuisse quemquam aereis formis, neque manu satis exacte delineasse*, errantem *Montefalconem*, *Antiquit. Explic.* Tom. II. Part. I. p. 278. secutus. Neuter vero inspexit *Gruterum*, non CVII. sed MVII. sic uterque discere potuisset, in priori editione *Gruteri* omnia arae anaglypha ligneis, in altera aeneis depicta fuisse formis.

— 2. hoc est, Opere *Damubiano*, Tom. II. Part. II. Tab. LXI. n. 4. ad p. 141. *Edm. Chis.*

Chishullus in *Itinere Turcico*, p. 91. vitiose edit INCOLPVS pro ENCOLPVS.

— 4. id est, *Mutio Phoebonio Historiae Marsorum*, L. III. c. V. p. 138. Tom. IX. Part. IV, *Thes. Ital.* vbi nullum literae O inter JOVI. & MAXIMO vestigium. extat tamen apud *Gudium* XI. 1. qui lapidem vidit.

— 5. et quidem eius *Monumentis*, post *Harpocratem* p. 242. priorem lapidis partem depictam dedit *Jacob. Tollius*, *in Fortuitis*, p. 318. alterius partis literas *Muratorianas* LI. non puto Cl. *Henr. Cannegieterum*, in Epistola ad *Dorvilium* data, (*Miscellan. Observ. Nov.* Tomo IV. p. 181.) commutare potuisse in LE sed in LL. secundum typum *Cuperianum*, propterea nollem operarum fortassis culpa in scriptorem translata fuisset a viro egregio *J. G. Hagenbuchio*, in Epistola ad illustr. Comitem *de Lynden*, p. 367. 368. *Observ. Miscellaneae Nov.* Tom X. = XII.

— 6. Cibinii inventus lapis teste *Raymundo Duellio* in *Lucubratione Epistolari*, p. 22. n. XXI. editusque accurate a Comite *Marsilio* in *Danubiali Opere*, Tom. II. Part. II. Tab. LXI. n. 3. ad p. 141. legitur quoque apud *Edm. Chishull*, in *Itinere Turcico*. p. 91. Eumdem vero sine vlla varietate literarum reposuit infra CMXVI. 1. ex Marchione *Maffeio*, h. e. *Observationibus* eius *literariis*, Tom. I. p. 176. n. 1.

VI. 7. Quid eius schedis opus erat, cum jam *Apianus*, CLXVIII. & ex eo *Gruterus* XVI. 10. luce publica donasset?

= 8.

— 8. rursus schedarum vsum vanitatis damnabat elegantior *Gruteri* typus, MVIII. 4. Apud *Joh. Anton. Castellioneum*, p. 364. Tom. III. Part. I. *Thes. Ital.* omissae sunt versu III. literae MI, negligentia forte operarum. Nam ipse *Castellioneus*, p. 365. *Syllabae*, inquit, *aliae duae CO & MI diversis in versiculis exaratae, num Severiani cognomen aperiant, an eiusdem tribum, jure dubitent eruditi. Absit enim, vt Comum vrbem iis prodi literis affirmaverim, quod sine fundo visum est aliquibus suspicari.*

VII. 2. quomodo e schedis? qui toties vulgatus erat a *Joh. Pierio Valeriano*, in *Antiquitat. Bellunens.* Serm. IV. p. 44. Tom. VI. Part. IV. *Thes. Ital. Johanne Nicol. Doglioni*, in *Dissertat. de Origine & antiquit. Civitatis Belluni*, p. 5. Tom. IX. Part. VIII. *Thes. Ital.* qui in vico *Blancha* agri Bellunensis ponit, nec non *Gudio*, VIII. 8. quem ipse *Muratorius* ter quaterue quodam varietatis ludibrio recognovit, tamquam hoc folio bis. n. 2. & 8. postea CXLII. ex *Donio*, I. 2. & CXLVI. 3. itidem ex *Donio*, l. l. a quo non differt alius *Donianus*, I. 162. Bracarae in Lusitania visus ex quorum exemplorum contentione manifestnm est, hoc numero 2. legi non posse STATVAM, sed STAT*ori*, & numero 8. inconditas illas vores EXSVLS V P. nihil aliud denotare, quam EXS VISV *Posuit*. Literae enim X quadratarii saepe S praeter necessitatem apposuerunt velut SEXSVS, pro SEXVS, *Mur.* CDLXXI. 6. PERDVXSERVNT, pro PERDVXERVNT. *Grut.* CLXIV. 3. & in cippo Traiectino, VXSO*ri* pro VXO*ri*.

— 4.

— 4. *Inscript. Florentin.* Tom. II. p. 466. & *Museo Florentino*, Tom. III. in *Statuas antiquas*, p. 87. de antiquitate lapidis equidem non dubitaverim.

— 5. dudum edidit *Jo. Anton. Castellionaeus*, in *Antiquitatibus Mediolanensibus*, Sect. I. Fasc. I. ad p. 377. Tom. III. Part. I. Tab. I. Fig. 6, *Thes. Ital.* quod ignorare certe non decebat, quoniam numero proximo

— 6. e *Castilionaeo*, *Antiqu. Mediol. Sect. I. Fasc.* I. p. 381. Tom. III. Part. I. *Thes. Ital.* alium descripsit.

— 10. Priores duntaxat quatuor versus exhibent *Marmora Felsinea*, c. VI. Sect. VIII. p. 487.

— 12. jam *Domiano* corpori illata erat. I. 158.

VIII. 3. *Memorie Bresciane*, p. 84. ubi nonnullis literis in principio & fine plenior titulus.

— 5. Quae de Jove *Apennino*, f. ut ait, *Pennino* adnotauit, jam proscripta sunt a doctiss. *Cannegietero*, p. 181. *Mistell. Observ. Nov.* Tom. IV. emendatior vero prodiit titulus in *Maffei Observationibus Literariis*, Tom. V. p. 208. n. 58. omnium emendatissime plenissimeque in *Museo Veronensi*, LXXIX. 5.

VIII. 6. Primum hic titulus cum memorabili imagine *Dei Penini*, & columnae *Deo Penino*, vt fama est, dicata in monte S. Bernardi lucem vidit apud *Guichenonium*, in *Histor. Genealog. Sabaudiae*, Tom. I. p. 45. & 48. vbi recte vers. 2. DEO PENINO non PENNINO & verf. 3. OPTIMO MAXIMO. Apud *Livium* XXI. 38. & *Tacitum*, constan-

ſtanter vnica litera, N. *Peninis jugis degredi juſſus* I. *Hiſtor.* 61. *Penino itinere.* ib. 70. *Peninae*, 87. tum in *Theatro Pedemontii* & *Sabaudiae*, Part. II. ad p. 57. porro apud *Sponium*, *de ignotorum Deorum Aris*, p. 243. n. X. Tom. VII. *Antiquit Graecar. Theſauri*, & 111. *Miſcell.* p. 85. mox apud *Cuperum*, in *Monumentis*, poſt *Harpocratem*, p. 184. & ad *Apotheoſin Homeri*, p. 16. *Montefalconem*, *Antiqu. Explic.* Tom. II. Part. II. L. V. c. 2. p. 419. *Gudium*, LIV. 6. Auctorem Religionis veteris Gallorum, quem *Martinium* eſſe perhibent, L. II. c. XXIX. ad p. 401. *Weſſelingium*, ad *Antonini Itinerarium*, p. 351. *Heſſelium*, in Praefatione ad *Gudium*, p. 9. *Keyſlerum* in *Itinere noviſſimo*, Tom. I. Epiſt. 38. p. 423. ed. primae theotiſcae, & *Bochatum*, in *Memoires Critiques de la Suiſſe*, Tom. I. p. 312. dubiae eum fidei accuſantem, quod vereor ne validis oſtendere potuerit argumentis in ſua, quam minabatur, Diatribe de Diis Helvetiorum. Quicquid ſit, in Indice tamen *Muratoriano*, *Deo Penino* praetermitti non debuerat.

VIII. 7. Vtramque ſane Inſcriptionem offerunt *Memoriae Brixianae*, p. 84. & 81. priori in loco nulla ſubeſt ratio, cur *Rubei* APIDIVS mutatum fuerit in AVIDIVS: altero loco, cur ex pleno *Rubei* titulo mutilum fecerit *Muratorius*. Varie hic ſe torquet *Herm. Vlric. van Lingen*, Praefectus olim Muſeo numario Gothano, in Opuſculis theotiſcis, (*Kleine Teutſche Schriften*, *Wittenberg*. 1730. 8.) Part. II. p. 36. mox Jovem BRAuRonium, ad exemplum Dianae Brauroniae, mox Iovem AReum, mox PATRem, mox BARBatum commentus, quae

no-

noviſſima conjectura veriſimilitudinis ſpecie non caret. De Jove vero ALANNINO, ſ ALANNICO *Sponii*, quam lectionem probat *van Lingen*, vid. eiuſdem opiniones ib. Part. II. p. 25. ſeque.

— 8. Non tam ſtatua eſt, ſive potius ſignum, quam Protome innuitur hic Epiſtola *Jo. Antonii Aſtorii*, ad *Apoſtolum Zenum*, De *Deo Brotonte*, edita *Venetiis*, 1698. fol. neque apud *Aſtorium* ſolum remanſit huius iconis & tituli memoria, ſed extitit quoque apud *Fabrettum*, X. 203. tum praeter laudatum a *Muratorio Philippum à Turre*, *de diis Aquileienſibus*, p. 291. apud *Montefalconem*, in *Diar. Italic.* p. 41. *Joh. Georg. Keyſlerum*, in *Itinere*, Part. II. p. 743. 744. ed. primae theotiſcae, & *Giandomenico Bertoli*, *Le Antichita d'Aquileia profane e ſacre*, in *Venezia*, 1739. fol. p. 98. Similis quidem & veriorem ſcripturam graecum Βρόντων inſerta litera N imitans, ſed *Brontontus* occurrit apud *Gudium* LV. 5. ex *Ligorio*: BONO DEO BRONTONTO.

— 9, Reſpicitur ad *Anton. Mariae Lupi diſſertationem & Animadverſiones ad Severae Martyris Epitaphium*, p. 75. cuius interpretationem nominis C. ACVNVS magis probo, quam peregrinum iſtud Muratorii CACVNVS.

— 10. Itidem ex *Lupi Epitaphio Severae Martyris*, p. 130. (1). adde *Joſ. Roccum Vulpium*, ſuper centum Inſcriptionibus apud P. *Calogeram*, in *Opuſculis Scientificis & Philolog.* Tom. XIX. p. 167. n. 77. ſed ante vtrumque jam edidit *Johannes Cinelli*, in *Bibliotheca volante*, Lit. D. Scanzia. ſ. Pluteo X. in *Muſeo Minervae Venetae* Tom. V. Part. IV. p. 95. In *Actis Eruditorum*

Lip-

Lipsiens. 1706. *Februario* p. 67. ineptissime legitur versu 2. POL*yarchio*, pro POL*lia* tribu.

— 11. Quem *Montefalco* miserat, eumdem jam vulgauerat in *Diario Italico*, c. XXVIII. p. 425. n. 11. & de *Jove Casio*, sive *Cassio* quaedam annotaverat p. 430. Opportune hic *Muratorius Sponium*, *III. Misc.* p. 75. secutus est. ad quem locum haec *Bimardus* adscripsit in notis MSC. „ v. *Salmas. Not. ad Spartianum* p. 37. „ (i. e. Spartiani Hadrianum, 14. p. 132. ed. „ Lugd. 1671.) *conf.* & *Fragmentum ex Diod.* „ *L. VIII. ap. Euseb. Praepar. Euangel. L. II.* „ *c.* 2. & *de simulaero Jovis Casii apud Pelu-* „ *sium v. Achill. Tatius de rebus Clitoph.* & „ *Leucipp L. III.*" Apud *Suetonium* in *Ner.* 22. scribere malim *Casii*, quam *Cassii* v. ad illum loc. *Ernestium*. Quamquam enim numus *Sponii* l. l. exhibeat n. 3. ΚΑϹϹΙΟΣ, plura tamen exempla numorum & marmorum sunt pro CASIO.

IX. 1. *Ex iisdem.* Scilicet, vt interpretor, *Montefalconis* schedis. attamen ipse jam in vulgus emiserat *Diar. Ital.* c. XXVIII. p. 424. n. 10.

— 2. Ex eius quippe *Verona illustrata*, Part. I. p. 362. n. XLVI. quam etiam postea *Museo Veronensi* intulit, LXXIX. 4.

— 3. *Le Memorie Bresciane* p. 83. A.

— 4. Melius apud *Gruter.* XIX. 1. vbi bene OB INCOLVMITATEM TEMPORVM id est, ob felicem rei publicae statum.

— 6. Hoc est, ex eius *Fortuitis*, p. 316. vbi tamen non CONSERVATORI, sed CON-

SERVATOR, quasi nomen dedicantis, legitur.

— 7. Ex *Donio*. l. 7. vbi versu 7. est HILVS.

— 8. In opere *Danubiano* Tom. II. P. II. Tab. XL. n. 6. ad p. 105. vbi tamen post vers. 4. haec scripta invenio

ET IVL·E DOM. AVG.

Quem versum negligentissime omissum a Muratorio sic interpretatur *Bianchinius: M. Aurelii Antonini Pii Augusti* (i. e. Caracalli) & *Iuliae Dominae Augustae*.

— 9. Et quidem eius *Osservazioni sopra i Cimiteri de SS. Martiri ed antichi Christiani di Roma. in Roma.* 1720. fol. L. I. c. XLI. p. 218. vbi fideliter Vers. 4. ALEXSANDRI.

— 10. In Northumberlandia, e *Trasactionibus Philosophicis Anglicis*. Sic lectores dimisit ad vastum aliquod opus, sine vllo codicis indicio. Inspiciatur itaque Vol. XXIII. Num. 278. ad A. 1702. Fig. e. addaturque simul *Ioh. Horslaei Britannia Romana*. L. II. c. 3. ad p. 236. Num. 28. LXXXV.

— 11. *Historia Provinciae* Tom. I. L. II. c. 1. p. 61. Quem tamen *Honoratum Bouche* a *Muratorio* numquam serio & data opera in consilium vocatum esse, multis indiciis mihi videor intellexisse. Nonnullos quidem saxorum titulos ex eo, & sub eius nomine excitat, tamquam CCLV. 1. CDLXIII. 7. verumtamen ali-

alios, qui itidem apud *Bouchium* inveniuntur, ex *Bimardi* schedis. Quod vero monumentum Massiliae repertum in porticu *Lud. Anton. Ruffi* descripsit in *Histoire de Marseille* L. XIII. c. 3. maiorique eruditionis apparatu *Martinius*, auctor Religionis Gallorum, L. II. c. XXXI. p. 407. = 417. ornavit, illud cultissime depingendum curarunt *Spon. III. Miscell.* p. 79. XX. & *Carol. Patinus*, in *Imperatorum Romanorum Numismatibus* ad p. 228. Ceterum de Jove Dolicheno vid. *Luc. Holstenius* ad *Stephanum de Vrbibus* voc. Δολιχή. p. 102. & *Wesselingius* ad *Antonini Itiner.* voc. *Doliche.* p. 184.

X. 1. Datus jam est a *Gudio*, III. 5. vbi non CALVSTVS vers. 3. sed CALLYSTVS, sine dublo pro CALLISTVS cuius cognominis plura exempla coacervavit *Reinesius* in Eponymologico MSC.

— 2. v. *Periculum Animadversionum.* Adde nunc *Daervallum de vtilitate Itiner.* Tom. I. p. 151. *Cuperi Inscriptiones & Marmora antiqua*, post *Apotheosin Homeri*, p. 278. & *Hagenbuchium* in *Miscellaneis Observat. Nov.* Tom. X. = XII. p. 368.

— 4. I. *Archaeol.* p. 52. omisit hic vocem NOMIKIOY quam recte quidem infra restituerat, sed titulum ipsum sine vlla vel vtilitate, vel necessitate, denuo inculcauerat, CVIII. 7. Praeterea ignorare non debuerat a *Reinesio* jam I. 144. eiusdem rationem fuisse habitam. ad quem locum videri potest *G. Gualtherus*, in *Tabulis antiquis Siciliae*, Vol. VI. *Thesauri Siculi.* p. 463. n. 148.

— 5. Habet quoque *Petr. Maria Kavina* in

Faventia rediviva. p. 29. Tom. VII. Part. II. *Thes Ital.*

— 6. non tam similis est *Gruterianae* Inscriptionis MLXV. 2. quam prorsus eadem, nisi quod novissime addatur: BLANDVS PR. RESTITVIT. Huius vero suae dubitationis de antiquitate utriusque, & *Gruteri* si non immemor fuisset *Muratorius*, haudquaquam rursus eandem cum illo auctario Gruteriano MCMLXXVII. 12. protulisset. *Hercules* vero *Victor* non Dei, sed hominis, monumentum dedicantis, nomen est, proinde in Indice Classis Deorum loco suo moueri debet.

— Dudum edidit *Georg. Whelerus* in *Itinere Graeco & Asiatico.* T. II. L. I. p. 338. vbi tamen non C. ARRVNTIVS, sed AVRVNTIVS legitur.

— 8. obtuso quis ingenio sit, cui νοθεια lapidis non in oculos incurrat. recte propterea doctiss. Muratorius antiquitatis fidem denegavit.

— 10. *Le Memorie Bresciane.* p. 82.

— 11. *Capizae*, operarum fortassis peccato, pro *Capuae*: sumtus autem titulus est ex libro, cui titulus *Istoria Naturale del Monte Vesuvio*, in *Napoli*, 1705. 4. c. 2. p. 20. v. *Giornale de Letterati*, Tom. V. Art. IV. p. 64. & 72. sed extitit tamen duabus in fine siglis DD auctior, apud *Camillum Peregrinum* in egregio libro, de *Campania Felice*, Dissert. II. p. 231. Tom. IX. Part. II. *Thes. Ital.* tum *Gudium*, II. 10. & *Keyslerum*, in *Itinere novissimo*, Parte II. p. 215.

XI.

XI. 1. nunc Veronae, v. *Maffei Museum Veronense*, LXXIX. 3.

— 2. *Memorie Bresciane.* p. 81. Habet sane iste titulus aliquid peregrinitatis non tam propter *Iovem vltorem* Brixiae, quam propter *aram aeternam.*

— 3. immo iam ediderant *Raym. Duellius*, in *Lucubratione Epistolari*, p. 26. & *Scipio Maffeius*, in *Obseruat. Literar.* Tom. I. p. 178. n. 7.

— 4. quid? Cur non recordatus est *Donii*, I. 11. qui aliter distinxit versus. Ceterum vid. ad hunc locum *Cannegieterus*, in *Miscell. Obseru. Nou.* Tom. IV. p. 162. 163.

— 5. vers. 3. legerim CET VOT i. e. *Ceteris Votum.*

— 6. E *Transactionibus Philosophicis Anglicis.* Sed vellem indicasset aut singularem librum, aut numerum. Equidem nusquam reperire potui. *Horslaeus* quidem in *Britannia Romana*, p. 309. eumdem titulum laudans, antestatur *Philosophicas Transactiones*, No. 4. vti etiam *Francisc. Drakius*, in *Eboraco* suo, *Londini*, 1736. fol. L. I. c. 2. p. 56. excitat: *Abridg. of Philosoph. Transf. V.* 3. Vel sic tamen fateor, me eius cubilia frustra quaesiuisse. Interim hujus arae titulum *in Eboracensi ducatu Britanniae* habent *Additamenta ad Cambdeni Britanniam*, p. 735. ex schedis *Listeri*, item *Thomas Gale*, ad *Antonini Itinerarium* p. 21. qui aram in hortis Fairfaxianis Eboraci extitisse ait, & *Franc. Drakius*, l. l. Tab. VIII. n. 3. seruatis, vt par est, literarum formis. Literarum compendia nouissimi versus F. N C. DE. admodum dubiae sunt interpretationis. *Horslaeus* ex-

plicat: *Aram sacra faciendo nuncupavit dedicavit* doctiss. *Wardus* apud eumdem: *Aram sacram factam nomine communi dedicavit. Drakius* male! *Numini conservatori Dedicatam.* Aliter *Cannegieterus*, l. l. p. 163. Equidem: *Aram SAcellum Faciundum Curavit* DE *suo.*

— 7. Dudum quidem ediderat *G. Gualtherus* in *Tabulis & Inscriptionibus antiquis Siciliae & vicinarum regionum*, p. 876. n 370. *Tom.* VII. *Thesauri Siculi*, *Tropiae* in foro eam locans, aliisque versibus describens, cuius etiam postea auctoritatem inconstanter sequitur noster infra MLIV. 5. Attamen dubito an vetus sit Epigraphe· non multum enim differt ab illis Locrensibus, quas in spuriis jure meritoque habet MDCCCXVII.

— 8· longe pleniorem jam dedit *Gruterus*, IV. 2. collatus cum lectionibus *Gudianis*, in repetita editione.

— 9. nunc est Vindobonae, in Museo Caesareo, teste *Maffeio*, in *Observationibuc Literariis*, Tom. I. p. 178. n. 6. qui jam ediderat, explicueratque scripturae compendia versu 6. & 7. per *Praefectum Legionis Quintae Macedonicae Claudiae*, ibidem p. 202. Cf. simul *Cannegieterus* l. l. p. 162.

XII. 1. nihil proprie schedae profuerunt, vulgato jam tituli exemplo in *Doniani* corporis *Appendice Miscella*, p. 556. n. 14. nisi vt tria folia insererentur literis I. O. M.

— 2. 3. *E Transactionibus Philosophicis Anglicis.* Euge jam, vbinam? reperti *Borcovici*, vulgo *House-steeds* in *Northumberlandia*, teste *Christoph. Huntero*, in *Transact.* Vol. XXIII.

ad

ad A. 1702. Num. 278. p. 1129. fig. 4. 5. ediderunt quoque *Horslaeus* in *Britannia Romana*, L. II. ad p. 192. No 14. XXXVI. XXXVII. & *Alex. Gordonus*, in *Itinerario Septentrionali*, Tab. 33. n. 1. 3. ad. p. 75 apud quem in priori Inscriptione, versu 7. non est SVPERSTIS sed SVPERSTES. E forma *Muratoriana* tituli n. 3. rationem quis concludat, fragmentum lapidis esse. Immo integritas arae conspicitur apud *Horslaeum*, et *Gordonum*, vbi tamen quadratarius in summitate eius incidere oblitus erat: I. O. M. Ceterum plures aras, in quibus Cohortis I. *Tungrorum* notata est memoria, exhibent *Horslaeus*, l. l. p. 192. N. 15. XXXIX. N. 16. XL. XLI. N. 17. XLII. et *Gordonus*, l. l. Tab. 33. n. 2. 35. n. 1. 2. 3. omnes a Muratorio omissas.

— 4 ad *Antonini Itinerarium*. p. 483. ad voc. *Durnovia*. Sed poteratne *Wesselingius* auctor nominari, qui ab alio acceperat titulum? Immo in consilium vocare debuisset *Horslaeum* in *Britannia Romana*, p. 192. N. 76. I. vbi verissima & arae & literarum imago. Male duntaxat ibi *Horslaeus* explicat *M. Valerius*, pro *M. Varius*. Interim operae pretium est legere Epistolam *Joh. Wardi* ad *Horslaeum* p. 352. 358. Quid vero rursus suberat caussae, cur eamdem aram e schedis *Bimardi* CXXX. 1. repeteret?

— 5. Hoc loco, quasi antea non editam, e schedis *Bimardi* profert, infra vero, MCMLXXVIII. 8. ex Auctore libri de *Religione Gallorum*, Tom. II. L. III. c. 9. Tab. 24. iterum proponit, vers. 6. ibi LEG. VII. inuito exemplo *Marti-*

tiniano, vbi diserte LEG. VIII. exprimens. Immo vero huius arae in vico *Norri*, *Mussiponte* (Pont à Mouſſon,) vna, vt aiunt, leuca diſtante, qua iter ad vrbem Metenſium eſt, repertae, iconem cum titulo dederunt *Bern. Montefalco*, *Antiqu. Explic.* & *Picturis illuſtrat.* Tom. II. L. III. c. 2. Tab. X. ad p. 50. ſ. & *Joh. Breval*, in *Remarks on ſeveral Parts of Europe*, *London.* 1726. fol. Vol. I. p. 162. Titulum duntaxat *Joh. Harduinus* ad *Plinii* VII. *Hiſt. Nat.* Sect. LVII. p. 413. *Jo. Georg. Keyſlerus* ſecundum *Montefalconem* in *Itinere noviſſ.* Part. II. p. 156. *Rodericus*, in *Correſpondance des Savans* p. 1523. & eruditiſſ huius lapidis interpres *Henr. Cannegieterus* in *Poſtumo*, c. XVII. p. 168. *Harduinus* l. l. riſum intelligentibus debuit, cum 7. hoc eſt, ſignum centurionatus, vitem, de lituo augurali acciperet, explicaretque *Clemens Augur Legionis* & in fine: *Votum ſolvit liberum lubentiſſime merito.* Ceterum huius tituli cauſa legi debet *Auguſtini Calmeti Diſſertation ſur les grands chemins de Lorraine. Nancy* 1727.

— 6. in Adnotationibus ad *Sext. Julii Frontini Praefationem Strategematum*, p. 2. quae in *Oudendorpianis Frontini* editionibus omiſſae ſunt. Recte vero Cl. *Cannegieterus* l. l. p. 163. animadvertit, ita quidem ſuppletis lacunis reſtituiſſe *Keuchenium*, vel potius *Ewichium*, ſed proprie fragmentum tituli eſſe, non alia quoque forma in *Keuchenianis* expreſſum.

— 7. eiuſque *Verona illuſtrata*, Part. I. p. 359. n. XXXV. quae poſtea quoque *Muſei Ve-*

ronensis p. LXXX. n. 1, portiuncula facta est.

— 10. dudum exhibuerat *Gruterus* V. 5. ex *Apiano* XXXII. 2. alia versuum ordinatione. *Sertorius Vrsatus* siglas male interpretabatur in *Notis Roman.* p. 390. 391. *Quae Virgini votum solvit Libens Merito*, jure propterea notatus a *Bodelotio Daervallo*, in libro, *de Itinerum commodis*, p. 231. ed. *Paris.* ubi recte: *Quod vouerat Genio votum solvit Lubens Merito.* Idem monumentum jactavit *Chevalerius*, in *Museo* suo p. 14. & Tab. 13. n. 56. qui, vti *Muratorius*, hoc loco, pro G dedit C.

— 11. eandem edidit copioseque illustravit ille *Angelus Zavarronius*, ICtus Montaltinus, in *Epistola de duabus antiquis Inscriptionibus*, *seu aris votivis repertis propre Fluvium Crothidem in agro Montaltino*, apud P. *Calogeram*, in *Sylloge Opusculorum scientificor.* Tom. XVI. p. 367.= 403. ubi lacunas vers. 3. sic explet. *Aesculapio Salutis Praesidi*, & vers. 4. legit EX *Voto.* Verum semper aliquid netuo de Calabria.

Post XII. 11. hic alium addere lapidem potuisset *Carolinae* A. 1722. repertum, e literis *Laurentii Weidenfelderi*, ad *La Crozium*, in *Thesauro La Croziano*, Tom. I. p. 347. petendum, ubi literas, male divulsas, sic interpretandas esse censeo: *Iovi Optimo Maximo Iunoni Reginae T. Aurelius Narcissus Negotiator pro se & suorum* (Salute) *Lubens Merito Votum solvit.*

— 12. ex iisdem *Ligorii* schedis, sed *Barberinis* dudum decerpsit *Sponius*, III. *Misc.* p. 88. vti ex *Ligorii* Libro XXXIV. *Reines.* I. 258.

— 13. *Franciae Orientalis* Tom. I. p. 11. ubi verba, IVL. QVIETVS B. COS. haudquaquam probabiliter explicuit: *Iulius Quietus & Boldumianus Consules*, quos in Fastis ad A. 272. adnotari existimat *Quietus & Voldumianus*. qua contorta profecto interpretatione non erat opus, quandoquidem sigla, B. *Beneficiarium* Consulis dentoante, nihil est vulgatius. Ceterum *Martem Caturigem* nominari putat a Caturigibus, populo Galliae Narbonensis, quorum oppidum nunc *Chorges* dicitur. Interim hunc lapidem accuratissime depictum offerunt *Monumenta Heilbronnensia*, apud *Schelbornium*, in *Amoenitatibus Literariis*, Tom. X. p. 1208. n. 11.

— 14. nunc Vindobonae in Museo Caesareo v. *Maffei Observat. Literar.* Tom. I. p. 178. n. 8.

XIII. 3. Sic inscriptionem retulit, vt non tam videretur *Gorium*, *Inscript. Florent.* Tom. I. p. 14. n. XII. quam *Gudium*, III. 2. aut ex parte *Donium*, I. 83. sequi, vtrobique enim versu 7. est DIGNATI, cum apud *Gorium* legatur CIGNATI, hoc est *C. Ignati*, in *Donio* tamen, pro EX 7. cernitur COH et in fine S. L. A h. e. *soluit Lubenti animo*.

— 5. *Histor. Genealog dom. Reg. Sabaud.* Tom. I. p. 42.

— 6. cur ex schedis *Caissotti* produxit, quem jam superiori loco laudatus a *Muratorio Guichenonius*, *Histor. Geneal.* Tom. I. p. 46. cum imagine Jovis, fulmen tenentis, exhibuerat? vers. 5. omittens praenomen T. & vers 6. legens DEDIC. ex eodem *Guichenonio* simulacrum Iovis

vis cum titulo describendum curavit *Martinius*, in libro, de *cultu veterum Gallorum*, Tom. I. ad p. 298. neque ab exemplo *Guichenoniano* differt Inscriptionis ratio *Gudiana*, III. 1. & *Hesseliana*, in Praefat. ad *Gudium*, p. 9. n. 4. quae omnia susque deque se habuisse dicat *Muratorius*, attamen huius loci non meminisse, eamdemque Epigraphen, quasi antea incognita fuerit, ex alio iterum referre MMIC. 1. id veniam non habet.

— 7. in *Diario Italico* c. XXVIII. p. 422. n. 1. Verissime coniecit acutissimus *Valckenarius* ad *Herodot* VIII. 65. p. 648. Not. 42. φαιακοσίοι legendum esse. Praeterea scriptura ΔΙΕΙ commutanda est in ΔΙΙ

— 8. Quod. h. I. *Muratorius* ex *Pausaniae Messenicis*, c. XXII. descripsit Epigramma, id etiam ex *Polybii* IV. c. 33. p. 418. f. jam dederat *Sponius* in Praefatione, ad Miscellanea. vitium autem hic duplex irrepsit versu 1. παντων pro πάντως & vers. 3. Ανας' pro Ανδρ' positum.

XIV. 1. apud *Gruterum* corruptum esse negat Cl. *Cannegieterus*, aitque intelligi debere *Junonem Claudiam* i. e. Junonem gentis Claudiae tutelarem, in *Miscell. Observ. Nov.* Tom. IV. p. 170. 171. Equidem neque lectionem neque interpretationem Muratorianam damnavetim.

— 2. Tom. II. *Inscript. Florent.* p. 51. n. 56. Quoniam & *Gorius*, et *Muratorius* dubitant, an recte descriptus sit lapis, non IVSTA acceperim de nomine, sed ita legerim: IVNONI *au*GVSTA*e* No*strae* neque turbare debet subsequens EIVS. Si enim, vt observavit *Muratorius*

ratonus, ad n. 4. per Iunomen Auguſtam aliqua Caeſaris vxor ſaepe intelligitur, quidni *pro ſalute Eius* tres illi homines CLEANTHVS *Libertus*, PRIXVS pro Phryxus, & HELLE quae nomina ſervum & ſervam deſignant, LARarium D D. i. e. Dedicaverint.

— 3. *ex Donio* I. 14. recte quidem! ſed praetermitti ſilentio poterat, quoniam iam literis *Gudianis* XIII. 11. prodita erat. multo minus eamdem, velut antea incognitam, omiſſo Junonis nomine votivam in ſepulcralem commutare licebat infra MDCLXXXIV. 6.

— 5, *Antiquit. Galliae* Epiſt. XVI. p. 80. in Indice ad nomen Cn. Pompeius Fronto, hic numerus deest.

— 6. *ex Dominico Matthaeio*, hoc eſt, *Domenico Barnaba Mattei Memorle dell' antico Tuſcolo*, p. 105. ed. Archetypae vel p. 40. Tom. VIII. Part. IV. *Theſ. Ital.* & ex eodem habet *Vulpius*, *Vet. Lat. Prof.* Tom. VIII. L. XIV. c. 6. p. 172.

— 7. v. *Periculum Animadverſionum* ad Grut. XXIV. 11. p 23. habuit jam ante *Gruterum*, *Apianus*, CLXXXVIII. item *Jo. Lud. a Cerda*, ad *Virgil.* L. III. 547. p. 346. Tom. II.

—. 8. Eodem modo, vti *Gruterus*, noviſſimo verſu deſtitutam habet *Iac. Sponius*, in *Itinere*, Tom. I. p. 366. & *Georg. Whelerus*, in *Voyage de Dalmatie, de Grece &c.* p. 16. ſed dudum antea jam pleniorem *Cyriacus Anconitanus*, in *Inſcriptionibus*, p. II. n. 17. & ex *collectaneis Doctoris Simeonis Gliubavac* ſubminiſtraverat *Ioh. Lucius*, Traguriensis, in *Inſcriptionibus Dalmaticis* p. 13. 14. n. 14. *Tom.* XIV. *Theſ. Sicul.*

— 9.

— 9. immo *Petrus de Marca*, in *Marca Hispanica* L. II. c. 15. *Ilurone* quoque ponit, idemque oppidum esse contendit, atque *Mataronem*.

— 10. Extitit iam apud *Donium* I. 12. iisdem literis, eademque versuum serie.

XV. 1. latine dici non potest CARTAMITAN*us*, sed CARTIMITAN*us*, vt ipse *Muratorius* infra bis LVIII. 7. & MXXXVII. 1. agnovit.

— 3. Tabula IV. n. 11. ad p. 21. & *Gorius* in Praefatione, p. XLV. = XLVII. Non minus elegans est imago Iunonis Lucinae in numo maximi moduli, quem e libro *Jac. Stradae* scripto primum edidit *Petrus Lambecius* in *Commentariis Bibliotb. Vindobonensis*, L. II. c. 8. ad p. 739. tum *Dan. de Nessel* in *Additamento* IV. *Append. Catal. Bibliothecae Vindobonensis*, p. 177. Tab. T. vbi cernitur Juno sedens, dextra Aquilam, laeva infantem fasciis ligatam tenens.

— 5. qui fieri potuit, vt hanc Inscriptionem, toties antea a *Thomasino* de *Donariis* c. XIV. p. 97. & ex eo a *Reinesio* I. 30. *Fleetwoodo*, p. 9. n. 5. *Fabretto* X. 194. *Donio* I. 20. vulgatam, ex schedis cum Farnesianis, tum suis depromeret. Interim sanior schedarum lectio est PARTV LABORANTE quam illorum PARVA LABORANTE.

—— post numerum 5. collocari potuisset Inscriptio gemmae Remensis, in qua legitur:

IV.

IVNONI LVCINAE
LVCILLA HON. LV P.
S

quam satis inepte illustravit auctor ἀδέσποτος Dissertationis (*Dissertation en forme de Lettre sur un Agathe, trouvée a Reims*) in *Memoires de Trevoux* 1705. *Mense Ianuar.* Art. 14. p. 132. titulum sic explicans: *Junoni Lucinae Lucilla honorem Luperca libas sacrum.* Quae interpretatio si vera esset, totum hoc monumentum eo amandandum foret, unde negant redire quicquam. Recte sane *Cuperus*, in *Literis Criticis* p. 86. ait: *quelques - unes de ses remarques sont sujettes à caution*, & p. 269. *il me samble qu'il nous donne des Marchandises de contrebande.* Immo vero legendum est; *Iunoni Lucinae Lucilla* HONorata (talis enim *Lucilla Honorata* occurrit ap. *Murat.* MMLIX. 9.) LVBens (facile enim in literis P. & B peccari potest,) *solvit*, sc. votum.

— 6. ex *Ligorio* jam emendatiorem protulit *Gudius*, XIII. 10. vbi FORTVNENSIS.

— 7. immo Villaluae in Turdetanis locavit *Rodericus Caro*, *Antigued. y principado de laciudat de Sevilla*, L. III. c. 83. p. 218. quod verius puto propter ipsum *Gruteri* titulum CCCLXXXIII. 7. & alium eiusdem *Calpurnii*, Hispali inventum, apud *Thom. Tamaium de Vargas*, de *rebus Emeritensibus.* Antverpiae 1638. 4. p. 128.

XVI. 1. ad eum modum diu edita est in *Cyriaci Anconitani Inscriptionibus*, XXXIII. 218. tum in *Sponiano Itinere*, Tom. II. p. 331. utrobi-

bique ΙΕΡΗΤΕΥΟΥΣΗΣ recte, pro vitioso ΙΕΡΗΤΕΥΣΑΣΗΣ. hanc tamen lectionem quoque exhibet *Whelerus*, in *Itinere Dalmatico Graeco & Asiat.* Tom. II. L. I. p. 370. Cf *Dorvilius*, in *Diatribe* in *Inscriptiones quasdam*, p. 150. *Miscell. Observ. Nov.* Tom. III.

— 3. *Materiarius* sane eiusdem formae est vt *Machinarius*, *Imaginarius*, *Fistularius* v. *Reines.* ad I. 2. p. 6. 7. *Margaritarius*, *Harundinarius*, alii.

— 4. *Signum* quidem idem est, atque communes illae voces *Imago*, *Simulacrum*, sed non idem, atque *statua*. *Signum* enim est deorum, *statua* hominum. v. *Alex Symmachi Mazochii Commentarium ad mutilum Campani Amphitheatri titulum* p 105. (60.) LVVIA ne in rarissimis quidem est *Fabretti* gentium nominibus. Legendum existimo LIVIA.

— 5. Sic interpretanda est: *Iunoni reginae Populoniae* (ita enim recte Cl. *Herm. Cannegieterus* in Dissertat. de *Ara Junonis pellici non tangenda*, p. 41.) *C. Numisius Caii Libertus Mensarius*, & *Vlpia*, (pro VLRIA) *Amabilis Votum Libens solvit.* In Indice omissus est C. Numisius C. L. Mensarius, &pro VLRIA, vel VIRIA, legitur Vltia.

— 6. Non hic aliquid argutandum est de Deo O. M. multo minus de *Dolicheno*, quod nude poni non solet, sed antegrediente *Iove Optimo Maximo*, exemplis *Gruteri*, XX. 4. = 9. Attamen in repetita *Gruteri* editione, XXV. 7. jam adnotatum est, *Reinesium* existimasse, veram esse lectionem *Iovi Opt. Max. Iunoni Reginae.* Modoëtiae inuentum esse lapidem ait

Mu-

Muratorius, sed vereor ne schedae eius *Moguntiam* in *Modoëtiam* commutaverint.

— 7. Miror, huius Inscriptionis causa & schedas suas, quae in censum non veniebant, postquam a *Grutero* elegantius XXIV. 5. prodita erat, & aedes *Johannis Rynckii*, quae *Arnoldi Mercatoris* aetate fuerunt, nunc nullae sunt, *Muratorium* laudare potuisse. Olim fuit in Ephestio *Stephani Broelmanni*, ex quo ipse eam luce publica donavit in *Epideigmate* Tabella II. *Sciagraphica Monumentorum vetustatis*. n. 31. cum quatuor aliis *Gabiarum* aris a *Sponio* quoque III. *Miscell.* p. 160. n. LXXIX. *Keyslero* in *Antiquit. Septentrion.* p. 433. 434. & ex parte, a *Ios. Hartzhemio* in satis rara *Inscriptionis Hersellensis Vbio-Romanae Explicatione*, *Coloniae*, 1745. 8. repetitis. Quorum omnium exempla demonstrant, ob frequentem literarum C. & G permutationem (v. Indicem *Scaligeranum Gruteri*, c. XIX. C. pro G.) non IVNONIBVS CABIABVS, sed GABIABVS legendum esse, quae eaedem esse videntur, atque *Matres Gabiae*, vt recte existimavit *Henr. Cannegieterus*, in Epistola ad *Lyndenium*, p. 19. 20. Grandi vero errore non modo *Muratorius* noster, sed summus etiam vir *Scaliger* tenetur, cum ille in suo, hic in *Gruteriano* Indice *Cabiabus Masius* expressit, cognomen Dearum in nomen hominis proprium convertens.

— 8. quanta incuria titulos digesserit *Muratorius*, si alia nulla extarent argumenta, tamen is solus documento esset. Qui enim hic Ἀγλαΐμοσιν γεδίαις, Junonibus Graecis, quasi Graiis, is

is paulo post XXXV. 5. Ἀϑμιστ πϱάιαις, Dianis mansuetis, sive placidis, sive lenibus tribuitur. Πϱάιαις autem legendum esse non ΓΡΑΙΑΙΣ docent *Cyriaci Anconitani Inscriptiones*, XXXII. n 217. & *Dorvilius*, in *Diatribis*, p. 153. *Miscell. Observ. Nov.* T. III.

XVII. 1. *Memorie Bresciane*, p. 26. vbi vitiosius scribitur *Cartilia Plaeclussa*. verisimiliter lapis offerebat *Plecusa*, vti cognomen virile est *Plecon*, ap. *Grut*. CDXLII. 6.

— 2. *Memorie Bresciane*, p. 26. Praeter rem versu 5. omisit quatuor literas singulares C. F. L. N. id est, *Caii Filiae*, *Lucii Nepti*, quod tamen in feminis novum & inusitatum.

— 3. e supplementis quippe *Vinaccesii* ad *Rubei Memorias Brixianas*, p. 234. n. 24.

— 4. pro 'ανεκδοτω scilicet haberi non debebat. Est enim in *Rubei Brixianis*, p. 28. diuque ante in *Gruterianis*, MCLIX. 2. etsi paulo mendosior reperiebatur.

— 5. *Memorie Bresciane*. p. 28. leg. L. Caecilius Placidus.

— 7. quae hic in Sicilia, eadem infra CXXV. 3. in Lucania locatur, ideo fortassis, quod nostris moribus vtraque est Regis vtriusque Siciliae. interim quid *arcus* hic significet, docebit *Cannegieterus*, in *Miscell. Observ. Nov.* I. I. p. 171.

— 8. nullum oppidum est *Calesbrug*, sed *Castoloburgum*, vbi reperta est ara, editaque primum a *Raymundo Duellio*, in *Lucubratione Epistolari*, p. 23. n. XXII. tum a *Maffeio*, in *Observat. Literariis*. Tom. I. p. 181. n. 18. ubi

rectissime PROPRAET pro vitioso PROPRAEF. Cf. *Hagenbuchi Epist. Epigr.* p. 126. 127.

— 9, non modo inveniebatur *in Museo Kircheriano*, sed etiam editus iam erat a *Philippo Bonanno*, in *Museo Kircheriano*, *Class.* II. p. 78. sincerius autem ab *Antonio Maria Lupo*, ad *Severae Martyris Epitaphium*, p. 68. Huiusmodi donariis apud profanae superstitionis homines nihil vulgatius. Quacunque enim corporis parte, oculo, auribus, pedibus aegrotaverant, eius simulacra ex auro, argento, aere effecta, recuperata valetudine, Diis dono dabant, exemplis *Jac. Phil. Tomasini* de *Donariis & Tabellis votivis*, c. 7. & 35. p. 75. 77. 222. & *Fabretti* VI. 114. 115. 117. p. 471. 472. Pedis aenei figuram dedit *Conyers Middleton*, in *Antiquit.* Tab. XX. p. 220.

XVIII. 1. nesciit pro more, apud *Gruterum* LXVIII. 5. longe subtilius accuratiusque descriptam esse aram, vnde cognoscimus, primum dicatam Aesculapio fuisse, deinde ab altero latere Antonini quoque Pii, inter Divos relati, nomen tulisse: id vero discrimen ab ipso *Gualthero* in *Tabulis antiquis Siciliae*, p. 165. n. 1. & p. 168. n. 2. Tom. VI. *Thes. Siculi*, & exemplo *Gualtheri* a *Fabretto* III. 5. observatum h. l. neglexit Muratorius. Interdum autem accidisse, vt vni eidemque monumento & Caesarum, & Deorum, Dearumque nomina inciderentur, docent exempla in *Marmoribus Taurinensibus* obvia, Part. I. p. 217. = 229.

— 2. vitia, quae, vt ait *Muratorius*, in *antepenultima*, & *vltima linea*, *nutant*; feli-

citer sustulit *Cannegieterus* l. l. p. 192. & ad *Monumentum Dodenwerdense*, c. IV. p. 218.

— 3. Dudum iam ex *Aldo* (*Ortograph.* p. 611.) descripserat *Gruterus*, LXX. 7. verbo MONITVS addens VISV, quod vocabulum huic loco mire aptum omiserunt *Jo. Pierius Valerianus* in *Antiquitatibus Bellunensibus* p. 41. Tom. VI. Part. IV. *Thes. Ital.* & *Doglioni* de *Origine & Antiquit. Belluni.* p. 4. ibid. Ceterum quoad nomen *P. Aelii Pollionis* emendatiorem ex *Tomasino*, de *Donar.* c. XXXV. p. 116. retulit *Dan. Vink*, in *Amoenitat. Philolog. Med.* p. 66.

— 4. non facile quis divinaverit, sumtum esse titulum ex *Pauli Lucae* Praefatione ad *Iter Orientis*, (*Voyage du Sieur Paul Lucas au Levant*, *à Paris* 1704. 8.) ubi tamen non legitur ΑΓΑΘΗ ΜΕΒΙΣ sed ΑΓΗΜΕΡΙΣ.

— 5. vid. ad h. l. *Cannegieter* in *Misc. Obs. Nov.* l. l. p. 192. 193.

XIX. 1. Hanc inscriptionem maxima cura levitate ex *Aloysii Ferd.* Comitis *Marsilii Danubio Pannonico-Mysico* Tom. II. Part. II. Tab. LV. n. 2. ad p. 131. repetiit, ubi longe alia & literarum & versuum facies, additumque in fine ΘΝΗΟΣ. eamdem vero religiose imitatus est *Christ. Gottl. Schwarzius*, in *Expositione veteris Inscriptionis de Aesculapio & Hygea Diis φιλανθρώποις*, *Altorfi*, 1742. 4. atque sic legendam censuit, p. 3. Ἀσκληπιοῦ καὶ ὑγείᾳ Θεοῖς φιλανθρώποις ἄξιος Αἰλιανός ὁ Νεώτερος εὐχαριστήριον (ἀνέθηκε). forte nomen artificis. Quis igitur in exemplo Muratoriano non miretur monstra vocabulorum graecorum ἰαλανθρωπιοις Ενοίπεος Εννιας ?

— 2. & quidem *Inscriptionibus Etruriae* Tom. II. p. 404. n. 5. Eandem aram vidit & bis descriptam dedit *Gudius*, XLVI. 3. & 5. vtrobique non EPHESTAS sed EPHAESTIAS omissusque integer versus: M. AVR. VERO IMP.

— 3. Eodem quoque tempore e schedis *Emman. Martinii* prodiit apud *Scip. Maffeium* in *Observat. Liter.* Tom. IV. p. 338.

— 4. Titulus & pictura hominis sumta est ex *Aloysii Andruccii* Dissertatione *Bononiae* edita 1710. 4. (v. *Onom. Liter.* Part. VI. p. 143.) qui putat, hanc Iconem, seu Protomen ipsum referre *Melanthum*. Idem marmor vidit *Scipio Maffeius*, in Museo Marsiliano, *Bononiae*, ipso teste, in *Museo Veronensi*, LVIII. vitiose hic descripta est Epigraphe, sic legenda: ΜΕΛΑΝΘΟΣ ΕΠΙΤΕΛΕΙ ΙΑΤΡΕΥΘΕΙΣ ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ rel.

XX. 2. iam a *Gorio* editam videbis inter *Donianas* Class. I. 85. ubi sincerius legitur MEI DILIGENTEM.

— 3. mendis non vacat. bonum igitur factum, eamdem infra ex *Ficoronio* castigatiorem redire CXXXII. 3. ad quam suo loco nonnulla animadvertam. vid. interim *Canisgieterus*, l. l. p. 193. — 195. & de *Nominibus* c. XII. p. 70.

— 4. Hoc Anaglyphum iam dudum e *Ligorii* & *Begarri* schedis in medium protulit *Sponius* in Quaestionibus Archaeologicis, (*Recherches curieuses d'Antiquité*) *Dissert.* XXXI. p. 529. titulum vero ipsum *Ezech. Spanhemius*, in Epist. I. ad *Andr. Morellium* p. 6. *Speciminis universae rei Nummariae*, & *Donius* I. 89. accu-

curate commemorant, quorum omnium diligentiam silentio praeterire fas non erat.

— 6. Quid attinebat schedas aut *Farnesii* aut *Cattanei* antestari, cum aliunde ex *Smetio*, XXVIII. 7. *Grutero*, LXIX. 5. *Donio* I. 92. *Roderico Caro*, & aliis nota esset. Apud *Donium* eodem modo, vt in schedis *Cattanei*, ARA antegreditur, in ceteris omissa est. — Aesculapii vero titulis adiungere omnino potuisset *Muratorius* laminam illum 'ουδάγανον', propter symbola ibi incisa, memorabilem, ap. *Lupum*, in *Animadvers.* ad *Severae Martyris Epitaphium* p. 142. cui inscriptum: ESCVLAPIO SACrum. XXI. 3. quam hoc loco sub signo Aesculapii & Hygeae conspici, secundum Ligorium, auctor est, eandem sub anaglypho Deae Salutis, & Serapidis, Ligorii, & *Donii*, I. 90. fide, ait infra LXXIV. 6. vnde simul inconstans est in dedicantis nomine edendo. Hic ΜΙΝΟΥΚΙΟΣ, infra secundum *Donium* ΜΙΝΙΚΙΟΣ scribitur.

— 4. ex *Garuffio*, & quidem eius *Lucerna lapidaria, quae titulos, monimenta, Epitaphia &c. via Flaminia & Arimini scrutatur. Arimini*, 1691. 4. p. 27. vel p. 15. Tom. VII. Part. VII. *Thes. Ital.* quam paulo emendatiorem, inprimis intuitu nominis THREPTE, infra ex *Caesare Clementino*, vnde etiam *Donius* habuit, V. 136. rursus impertiuit. CXLVI. 7.

— 6. eadem, sed aliter ordinatis versibus occurrit ap. *Gud.* XLVII. 5. deficiente duntaxat ROM.

— 7. in vico, vbi olim aquae calidae erant. v. *Marca Hispanica.* L. II. c. 16.

XXII. 1. extitit iam apud *Honor. Boucheum*, in *Histor. Provinciae*, Tom. I. L. II. c. 1. p. 55. auctior in fine voce CORP. quae Corpus, vel Collegium quoddam siue Fabrum, siue Naviculariorum indicare videtur. Aliter descripta est apud *Ruffi*, *Histoire de Marseille*; Libr. XIII. c. 3. p. 320.

— 3. eadem apud *Guichenonium*, *Hist. Geneal. dom. Sab.* Tom. I. p. 36. it. *Gruterum*, XXXVIII. 12. vbi non CATVSO, sed CATVS O quae litera o meo quidem iudicio potius τελειας στιγμῆς vicem sustinuit, qnam compendium literarum fuit, haud obscuro *Sponii* indicio, in *Inscriptionibus Genevensibus* p. 308. n. 111. Tom. II. *Histor. Genev.* Rectissime propterea *Scaliger* in *Indice Gruteriano*: *M. Augustius Catus*. nec aliter acceptus a Cl. *Oudendorpio*, ad *Lucan.* III. 586.

— 4. denuo iam ediderat *Gruterus* XXXVIII. 18. ex *Jacobonio*, (*Appendice ad Fonteium de prisca Caesiorum gente*, c. III. p. 25.)

— 5. Antea iam publici iuris facta & illustrata est a *Mahudelio*, in *Explication de quelques Inscriptions singulieres, trouvées à Langres, pendant les deux derniers Siecles*, (*Histoire de l'Acad. des Inscriptions*, Tom. IX. p. 140. ed. Paris.)

— 6. *Histor. Geneal. dom. Sabaud.* Tom. I. p. 56. vbi vers. 3. vitiosum nomen RERASTVS. emendatiora nomina *Donni* Liberti & Libertae, *Erastus*, & *Cypris*, innotuerunt cura *Gruteri* MLXVI. 4. & *Donii*, I. 36. apud quos eundem legi titulum fortassis nesciit *Muratorius*.

— 7. *Marm. Felsin.* Sect. IX. C. I. p. 540.

— 8.

— 8. Quomodo *Rodericus*, auctor Novorum Coloniensium (*Correspondance des Savans, ou Nouvelles Litteraires*,) Anno 1743. scribere potuerit, laminam hanc aeream nuper detectam esse; minime intelligo, quandoquidem non modo quatuor annis ante a *Muratorio* lucem acceperat, sed etiam, quod ignorasse videtur noster, dudum a *Jo. Vignolio* eleganter accuratissimeque depicta erat p. 339. *Inscriptionum Selectarum* ad Dissertat. *de Columna Antonini Pii*. Non semel hic Priscianum vapulare existimat Muratorius. Sit sane auctor huius tituli antiquarius; & κακόζηλος, Grammaticis vero eum legibus adversatum esse nondum credo. Sic enim legendum esse puto: *Marcus Mindios* pro Mindius *Lucii Filius*, *Publius Condetios* pro Condetius, *Valerii Filius*, Aediles. VICESiMAm PARTEm APOLONES archaice pro Apollonis DEDERUnt. Interim hanc ipsam in spuriis esse obiter iussit *Maffeius* p. CLXXV. *Mus. Veron.*

— 9. apud *Petrum de Marca*, quem *Muratorius* consulere debuisset, in *Marca Hispanica*, L. II. c. 16. editur L. MINVCIVS APRONIANVS CAL. unde malim hic COLoniae *Tarraconensis* sive civem sive decurionem intelligere, quam cum *Cannegietero*, l. l. p. 175. GALeria sc. tribu, interpretari. Similis Minucii titulus non est apud *Grut.* III. 3. sed CXL. 8.

— 11. in *Germania* ponere lapidem, & ex *Eckhardo* sumtum generatim indicare, quid aliud est, quam nusquam ponere, hisque fontem, unde eductus est, occludere? Sciendum autem

 est,

est, primam eius editionem nos debere *Morello Mauturio*, in Claue arcanorum Principum, (*La Clef du Cabinet des Princes*) cuius obseruationes in *Actor. Eruditorum Supplementa*, Tom. IX. Sect. VII. p. 325. immigrasse, iam me animadvertere memini in *Onom.* V. p. 269. (26.) Inde *Joh. Georg. Eckhartus* occasionem sumsit Dissertationem conscribendi *de Apolline Granno Mogouno in Alsatia nuper detecto &c. Wirceburgi*. 1727. 4. quae non modo integra in *Actorum Lipsiensium Supplementa*, Tom. IX. Sect. VIII. a p. 346. s. sed etiam in *Analecta Hassiaca Joh. Phil. Kuchenbeckeri, Marburgi*, 1728. 8. Coll. III. p. 220. transiit. Tandem vero omnium accuratissime aram, penes se Argentorati servatam depingi iussit vir pereximius *Joh. Dan. Schoepflinus*, in *Alsatiae illustratae Periodo Romana*, Tom. I. p. 461. Tab. 1. n. VI. vbi post MOGOVNO, in omnibus, quae vidi, exemplis omissam vocem, ARAM, restituit, pluraque de *Apolline Granno Mogouno* docte disputavit.

— 12. *Bimardus* forte lapidis titulum descripsit ex *Honorati Bouche Historia Provinciae*, qui tametsi vno loco, hoc est, Tom. I. L. II. c. 1. p. 55. sepulcralem Inscriptionem votivae non adsueret, RECEPTV legens pro PRAECEPT. tamen alio loco L. IV. c. 12. §. 6. p. 249. vti neque optimus Saxorum literatorum scriba, neque subtilis interpres fuit, ita duos re non cohaerentes titulos vno sociavit vinculo. aeque vitiose PRAECEPT exprimens, siglasque Ex V. L. M. *Ex voto Locus Monumen-*

menti reddens. Equidem sic tentaverim *Apollini ex voto Libenter Merito* (dederunt) P. RECEPTus ET CRESCEnS.

XXIII. 2. v. *Inscriptiones Saletas* p. 181.

—— 3. *Inscription. Etruriae* Tom. II. p. 405. n. 6. eiusdem tamen argumenti & nominis titulum *Gudius* ait se vidisse Romae, & bis retulit. XXVI. 1. 2.

—— 4. in Supplementis Marmorum Brixianorum. p. 233. n. 10.

—— 5. e *Guichenonio* fortassis, *Hist. Sab.* Tom. I. p. 37. vel *Sponii Inscriptionibus antiquis Genevensibus*. p. m. 308. n. IV. Sed dudum jam eius memoria in *Gruteriano* corpore XXXVIII. 16. servata erat.

—— 6. neque meminerat Cel. *Muratorius*, eumden titulum a *Malvasia* jam in lucem emissum esse in *Marm. Felsin.* Sect. VIII. c. IV. p. 472.

—— 9. inscriptio διχηλίλος saltem quoad literarum elementa, quae tamen jam in editis est *Cyriaci Anconitani*, XXXI. n. 208. optime *Dorvilius* in *Diatribis*, p. 151. *Miscell. Observ. Nov.* Tom. III. hariolatus est, in voce KIVTIO latere aut Πυθίῳ, aut Κυνθίῳ.

—— 10. v. *Inscriptiones* eius *Dalmaticas*, p. 39. n. 39. Tom. XIV. *Thes. Siculi.*

—— 12. *Don.* VII. 293.

—— 13. num rursus fugere poterat *Muratorium*, eamdem jam dudum lectam esse in *Gruterianis*, XXXVI. 12. postquam ipse, quem inspexit, *Philipp. a Turre*, in Dissertatione *de Beleno*, p. 259. ad n. 2. eum commonefecerat? Qui vero *Scaligerum* damnaverat *Reinesius* ad

l. 51. p. 99. literam C. interpretatus per *Coloniam*, is vicissim jure damnatur a *Turrio*. l. l. Certissime enim legendum est *Caius Aquileiensis*. Duo residui versus, qui cum apud *Gruterum*, tum *Turrium* desunt, accuratius expressi sunt a *Joh. Domenico Bertoli*, in *Le Antichità d'Aquileia*, p. 94. n. LXVIII. quocum suspicari malim, tradi hic nobis *Vilicum* quemdam *Summarum*, sive *Rationalem*; quam cum Cl. *Cannegietero* l. l. p. 196. servata vitiosa lectione CVMMARVM rem in medio relinquere. Idem illud non laudato *Bertoli* divinavit *Hagenbuchius* in *Epist. Epigr.* p. 523. 524.

XXIV. 1. vide omnino ejus Dissertatio de *Beleno*, in *Monumentis veteris Antii*, p. 259. n. 3. cui *Tiberius Claristio* est, p. 262. longe autem verisimilius *Muratorio*: *Tiberius Claudius Aristio* quod in Indice etiam sequi debuisset. sed ibi posuit invito titulo: *Tib. Claristius*. — Cl. *Cannegieterus* l. l. p. 196. eodem modo FEROCLANO divellit, legitque FERO CL*audio* ANO, EVTICHIANA Et *Aristione*. Eandem quoque Epigraphen recensuit *J. Dom. Bertoli* p. 96. n. LXX.

— 2. *Bertoli* miserat, attamen paulo aliter ediderat in *Antiquit. Aquilei.* p. 92. n. LXVI. DOMV. ALTINAS, non antegrediente formulam V. S. L. M. sed subsequente. qua forma infra ex schedis *Berettae* repetit MXXII. 6. *Philipp.* contra *a Turre* in laudata *Diss. de Beleno*, p. 263. n. 6. illum versum plane omisit.

— 3. *ex eodem*, ait *Muratorius*, dubium *Bertolo*, an *Turrio*. Interim utrobique, & apud *Phil. a Turre*, l. l. p. 263. n. 5. & *Bertolum*, p. 88. n.

LVII. legitur. Auctores vero Ephemeridum Literariarum (*Giornale de' Letterati*) qui & hunc, & proximum lapidem, n. 4. Venetiis nunc conspicuum, viderunt, testantur non P. sed T. VIBIVS occurrere. v. *Alcune antiche Iscrizioni in Venetia esistenti*, Tom. XXXVIII. Part. I. Art. V. n. 5. p. 185. 186.

— 5. Sic quidem mutilam dedit *Bertoli*, l. l. p. 91. n. LXII. Verum alio quoque loco integram p. 90. n. LIX. ita quidem, vt responderet exemplo *Philippi a Turre*, p. 270. n. 1. & priori lapidis *Gruteriani* XXXVII. 9. parti. Nam quae ibi adduntur *M. Hostilius Auctus* ref. ad novae titulum arae videntur pertinere, argumento *Turrii*, p. 270. n. 3. & *Bertoli*. p. 90. n. LXI.

— 6. in *Antiquitatibus Tiburtinis* Part. II. p. 76. Tom. VIII. Part. IV. *Thes. Ital.* it. apud *Phil. a Turre*, *de Beleno*, p. 272. Ad quod non optimi aevi Distichon vid. *Vulpius* in *Veteri Latio Profano*, Tom. X. P. II. L. XVIII. c. 11. p. 420.

— 8. laudari debuerat *Vinaccesius*, in Supplementis *Marmorum Brixianorum Rubei*, p. 291. vbi non C. CORNELIVS sed L. CORNELIVS.

— 9. *Franc. Ignatium Dunodum* in *Historia Sequanorum* (*Histoire de Sequanois*) iam edidisse apparet ex *Jo. Dan. Schoepflini Alsatia illustrata*, *Period. Rom.* Tom. I. p. 467.

XXV. 1. Ut annotatio *Muratoriana* de variis hominum eruditorum opera in hoc, similique monumentorum genere collocata, paulo clarius intelligatur, ipsos indicare libros & disputa-

tationes placet, quibus suam quisque opinionem lectoribus persuadere conabatur. Ne quid dicam de tabula Eugubina, e *Smetio*, fol. XXXVIII. in *Gruteri* corpus CXLII. translata, totque interpretationum, suspicionum & vindiciarum genitrice, hic saltem titulus, *Apollinis* & *Clatrae* simulacris subjectus, aliquot interpretum, in diversa abeuntium, studia exercuit. Primus hanc tabulam in conspectum hominum e schedis vel *Angeli Colotii*, vel *Peirescii* venire jussit *Sponius*, *III. Misc.* XXXIII. p. 87. & in *Ignotorum Deorum Aris*, XIV. p. 245. Tom. VII. *Thes. Antiqu. Graecar.* verum quae *Clatrae*, quae verborum Etruscorum, (*lingua enim*, vt ait, *antiqua Hetrusca quatuor lineas scriptas* esse suspicatur) vis & potestas sit, nescius: neque plus intellexit, qui A. 1705. de bonarum literarum Academicis Parisiensibus id ipsum monumentum, monstrante *De la Chaizio*, explicandum sibi sumserat, teste *Histor. Acad. Inscript.* Tom. I. p. m. 256. ed. Hag. mox circa A. 1719. *Bernard. Montefalco* accuratius quidem icones Apollinis & Clatrae, hoc est, Solis & Lunae, sive, Aegyptiorum opinione, Serapidis & Isidis, cum omnibus suis symbolis, inprimis sistro, depinxit in *Antiquit. Explanat. & schemat. illustrat.* Tom. I. Tab. LIII. ad p. 105. sed itidem, quid illis denotetur literis Etruscis, se intelligere negavit. Quam *sistri figuram* ideo *repetitam*, hoc loco *volebat* Muratorius, quod a *Sponio deformata* fuerat, quasi sua ipsi non ante forma a *Montefalcone* reddita esset. Jam nostra memoria circa A. 1727. tituli verisimiliter interpretandi signum sustulit

Sci-

Scipio Maffeius in *Ragionamento degl' Itali Primitivi*, § XVII. p. 256. sequ. eius *Historiae Diplomaticae*, vel c. XVII. p. 68. ed. latinae *Lotterianae*: *Originum Etruscarum* & *Latinarum*, e nonnullorum vocabulorum vestigiis argumentatus, titulum veterrimis Latinorum literis, hoc est Pelasgicis, ab Etruscorum ore & scriptura diversis, incisum, hanc circiter sententiam continere: *Lerpirius Santirpius Duumvir Formia* natus *Fufes*, f. Iudex *fieri fecit ex voto*. cuius inventi gratia non mediocriter laudatur a *Joh. Poleno*, in Praefatione ad Tom. IV. *Novorum Supplementorum utriusque Thesauri Antiquit. Graecarum* & *Romanarum* §. XXV. p. XL. Haec vero detecta velut antiquissimi sermonis elementa viam aperuerant *Ludovico Bourgueto*, vt maiori studio, proximo Anno, 1728. non modo reliqua huius tituli, sed etiam vnius tabulae Engubinae mysteria vlterius indagaret. unde nata est prima eius Epistola, sub *Philalethis* nomine ad *Scipionem Maffeium* francice scripta, in *Bibliotheca Italica*, Tom. III. Art. VIII. p. 174=204. vbi quidem primum quasi incertus & fluctuans eiusmodi formulam, qualem hic *Muratorius* recitat, se extricasse, ait, sed eandem mox emendavit & auxit hoc modo: *Lerpirius Santirpius Duumvir faris* (immo farris) *pauperum dedit deno voto farreum* (nescio an farreum simpliciter dici possit, non addita voce: libum,) *Nardive Panive sertum*. eamque voti sententiam cum illius Dei Deaeve simulacris aptam & nexam esse opinatur: quae omnia vtut hactenus ingeniosa videri possint, tamen an vera sint; quis, quaeso, definire ausit. *Maffeius* certe

in

in *Observationibus Literariis*, Tom. VI. p. 57. 58. aliam nullam conjecturis *Bourguetianis*, dotem, nisi meri arbitrii, tribuit. Interim *Bourguetus* suam initiorum viam persecutus, partem tabulae Eugubinae, literis latinis scriptam, qualis extat apud *Gruter.* CXLIII. incipiens a vocibus: ESTE PERSCLO rel. & desinens in ARSVEITV. sub *Palaeophili* persona A. 1732. explicare conatus est, nihil aliud hac contineri existimans, nisi Orthium & lamentabile carmen, sive, vt ille vocat, *Litaniam Pelasgicam*, in eadem *Bibliotheca Italica*, Tom. XIV. p. 1. = 52. Vtramque vero hanc disputationem *Bourguetianam* etrusce vertit, & edidit *Annibal de Abatibus Oliverius*, hoc sub libri indice: *Spiegazione di alcuni Monumenti degli antichi Pelasgi trasportata dal Francese con alcune Osservazioni*, in *Pesaro*, 1735. 4. isque totus postea libellus vna cum pictura tabulae *Apollinis & Clatrae*, *Sponiano*, quam *Montefalconiano* exemplo similiori insertus est *Actis Cortonensibus* (*Saggi di Dissertazioni Accademiche*, in *Roma*, 1737. 4.) Tom. III. p. 1. = 48. in cuius Praefatione ad *Marcellum Francitarium* scripta *Oliverius* de aetate huius monumenti Romulea, tabularumque tum aenearum vsu, & Deorum Aegyptiorum, quos referre dicuntur Apollinis & Clatrae signa, illis temporibus cultu dubitat, tandem propter dissimilitudinem tituli, alterius latini, alterius Pelasgi, aut duas aeneas laminas incaute sociatas esse, aut monumentum ipsum sibi spurium videri pronunciat. Priorem ipsi scrupulum de diis peregrinis in vrbem non invec-

vectis eximere studuit *Ludovicus de Bochat*, quinque ad *Bourguetum*, & quatuor ad *Altmannum* in *Mercurio Heluetio* datis, commemoratisque a me in *Onom.* VII. 31. literis, alterum de mirifica cum perveteris tum recentioris linguae vno in monumento discordia approbare videtur *Gorius*, figuras *Apollinis* & *Clatrae* non pertinere ad *Lerpiati* titulum ratus, in Prolegomenis ad *Museum Etruscum* Tom. I. p. XLVII.

Ceterum quid circa idem tempus aut *Bourguetus* scriptis tecto nomine sub literis B. P. E. P. A. N. (hoc est, vt equidem interpretor, *Bourguet*, *Professeur en Philosophie à Neufchatel*) ad Comitem de Harrach literis in *Bibliotheca Italica*, Tom. XVIII. p. 1. = 62. & etrusce redditis in Actis Academiae Cortonensis (*Saggi de Dissertationi Accademiche*) Tom. I. p. 1. = 23. aut *Gorius*, in *Musei Etrusci* tribus Voluminibus, *Florentiae*, 1737. & 1743. fol. editis, aut *Scipio Maffeius* in duabus disputationibus, altera: *Della nazione Etrusca, e degl' Itali Primitivi*, p. 255. = 395. Tom. V. *Observationum Literariarum*, altera: *Della Lingua e delle Inscrizioni Etrusche e Pelasche*, p. 1. = 178. *Observationum* Tom. VI. aut vicissim *Gorius*, in singulari Defensione, (*Difesa dell' Alfabeto degli Antichi Toscani pubblicato dall' Autore del Museo Etrusco, disapprovato da Scipione Maffei in Firenze* 1742. 6.) in elementis literarum etruscarum vel ad Pelasgorum, vel Graecorum, vel orientis viam disciplinamque conformandis tentaverit, id enarrare hoc loco nihil attinet, neque tot sententiarum divortia in vnam reducere viam, cuiquam procliue est. Redeo ad *Muratorium*.

XXV.

XXV. 2. Differtat. *de Béleno.* p. m. 281. *Monumentor. Vet. Antii.*

—— 4. dudum jam recenfuit *Gruterus*, XXXI. 12. vbi vers. 3. non FESTVS eft, fed VETVS. vel fic tamen Fefti cognomen edidit *Maffeius*, cum in *Veronae illuftratae* Parte I. p. 355. n. XIX. tum in *Mufeo Veronenfi*, p. LXXXI. n. 10. item *Breval*, *Remarks on feveral Parts of Europe*, Tom. II. p. 116.

—— 5. rurfus carere poteramus titulo, apud *Smetium*, fol. XX. (8.) & *Gruterum* jam obvio, XXXIII. 5. vbi *Gudius* ex *Petavii* & *Langermanni* fchedis verfu 4. nomen METTI commutavit in VETTI.

XXVI. 1. 2. 3. omnes defcriptae ex eius libro de Bulla aurea, (*La Bolla d'oro de Fanciulli Nobili Romani*) p. 38. atque infra otiofe repetitae, & prima quidem, ab ipfo *Ficoronio* ad *J. A. Fabricium* olim miffa, tefte *vita Fabricii Reimariana*, p. 254 infra iterum e fchedis Ramaginii MCXLIV. 4. & tertium e *Vignolii Infcriptionibus*, p. 280. fine manuum tamen picturis MCCXV. 6. recocta, fecunda & tertia itidem infra MCCXV. 6. & 7. ex iisdem *Vignolii Infcriptionibus* p. 280 & 237. repofita.

—— 4. in *Marca Hifpanica* L. II. c. 15. quidni verfu 2. ex literis A. R. ABASO. ANVS conficias *Aram Pofuit* ABASCANTVS?

—— 5. *Infcription. Selectar.* p. 174. melius fuiffet ipfam marmoris fculpturam lectorum oculis fubiicere, quam invito *Vignolio* nomen gentilitium vers. 8. DOMITIO omittere. *Parembolâ* haud inconfulte ait *Joh. Clericus*, in *Biblioth. fe-lecta* Tom. XII. p. 189. intelligi poffe quaedam

or-

ornamenta Architectonica. Sane cum παρεμβολὴ proprie Graecis sit interiectio, insitio, intercalatio; facile accipi potest de quibusdam adiunctis ad rem non pertinentibus, verbi causa sigillis, circulis, annulis, similibusque antepagmentis, vt loquitur *Reinesius*, ad I. 105. p. 143. 144. Tum ibidem *Clericus*, forte legendum esse putat PRAES*ente* PATR*e* i. e. sacrorum, quod minime damno.

—— 7. nescit rursus apud *Gruterum*, MIX. 8 legi.

XXVII. 1. Nodum hic in scirpo quaerere videtur *Muratorius*. Nemo enim dubitat, quin Apollo idem veteribus fuerit atque Sol. Hinc idem vtriusque Epitheton in lapidum titulis. Eodem enim modo *Sol inuictus*, atque *Apollo inuictus* occurrit apud *Gruterum*, XXXIII. 5. & XXXVIII. 5. *Rein.* I. 48. 249. 251. *Gudium* XXIII. alios; idem cognomen refert lapis ex *Crombachii* codice scripto relatus ab *Hurtzhemio*, in *Inscriptionis Hersellensis Explanat.* p. 27. qui perperam legit: *Apollini legionis victricis indigeti Deo*, pro: *Apollini Inuicto* neque junctura *Apollinis* & *Solis* aliquod discriminis argumentum praebet. In lapide enim olim Traiectino apud *Rein.* I. 244. est: *Soli inuicto Apollini*. De Magis Augustorum plura docte ad h. l. disseruit *Cannegieterus*, l. l. in *Miscell. Obseru. Nou.* Tom. IV. p. 197. — 120. Quem vero diserte lapis *Magum* edit, eum in Indice non tulit *Muratorius*, sed pro cognomine *Menandri* habuit, scribens: *Menander Magus*. versus 19. ita interpretandus est, SIG-

 Num

Num Hoc VOVIT. vti Muratorius recte in Indicis Classe II. declaravit.

——— 2. *Deus invictus*, si nullum aliud nomen sibi adjunctum habet, *Deum Mithram* vel *Solem* indigitat, judice *Cupero*, in Epistola ad *Muratorium*. vid. *Clarorum Belgarum Epistolas ad Magliabecchium*, Tom. I. p. 341. f. De soloecismo Grammatico hic commisso, inspiciatur *Cannegieterus*, l. l. p. 200.

——— 4. *de diis Aquileiensibus* n. IV. p. 300. *Monum. Vet. Antii.* vers. 4. CENSOR non accipiendus est de munere, quod gessit, sed de *Feronii* cognomine. Nescio quid hic arguteriur *Muratorius* de *Signifero*, aut *Censore Coloniae*, aut de loco, qui *Signum* dici possit. Immo sententia aperta est: *Feronius Censor Signi Votum*, sive Signum, i. e. simulacrum, quod voverat, *Solvit Lubens Merito*.

——— 5. Mutilam quidem, nomineque dedicantis destitutam dederat inscriptionem *Gruterus*, XXXIII. 9. e *Smetia*, XXI. 11. Sed ideo rursus commemoranda erat, quod *Ezech. Spanhemius* in Observationum argumentis, (*Preuves des Remarques*) ad *Juliani Caesares*, p. m. 144. ed. *Amstelaed.* 1728. 4. & *Donius*, I. 32. Ligorianarum schedarum non meminerant? In Indice nominum Graeco non Λιβανος sed Λιβανιος erat ponendus.

——— 7. Laudauit quidem celeberrimus Mutinensium Bibliothecarius *Spanhemium* ad Caesares Juliani, sed vellem clarius indicasses locum, p. 144. unde statim apparebit codicem *Duquesnelianum*, quem *Spanhemius* consuluit, maioris es-

esse fidei, quam exemplum, vt reor, *Ligoria-num*. Ibi enim non legitur ΕΥΤΥΧΩΣ, feliciter, sed ΕΥΤΥΧΗΣ, Eutyches, nomen hominis proprium.

—— 8. id est, *Danubio* eius *Pannonico-Mysico*, Tomo II. Tab. XLVII. n. I. ad p. 117. vbi germanam literarum picturam videbis.

—— 9. nomen *Sexti Juventii* recte quidem *Muratorius* annotavit in Indice Nominum, sed cognomen *Nili* addere debuisset. Plures *Nilos* recensuit *Reinesius* in *Eponymologico* MSC.

XXVIII. 1. clarius indicanda fuit hominum eruditorum, quos nominavit Muratorius, libri & loca. *Ezech. Spanhemius* profecto non ex *Ligorio*, sed ex Codice scripto *Duquesnelliano* Iconem & titulum deprompsit in Observationum Argumentis, (*Preuves des Remarques*) p. 123. & 144. *Philippus* vero *à Turre* in disputatione *de Mithra*, *Monumentis veteris Antii* c. III. p. 184. a *Spanhemio* exemplum tituli sumsit. Iconem quoque cultiorem & titulum dedit *Gorius*, in *Doniano* corpore, Tab. V. n. IV. ad p. 29. nec non *Martinius* in eleganti libro gallo-francice scripto: *Explications de plusieurs textes difficiles de l'Ecriture*, *Paris*, 1730. 4. p. 174. dissimulans tamen, vnde hanc eandem imaginem mutuatus sit. Iam de sententia huius signi quaeritur. *Spanhemius* Aeternitatem, *Turrius* Aërem, *Gorius* in Praefatione ad *Donium*, p. LII primum *Latonam puerperam* significari putabat, mox *Span-*

bemium secutus Aeternitatam probat, vt etiam *Martinius* l. l. pro Aeternitatis figura accepit. Quis vero secundum hos illosue vindicias dare ausit? Interim quam incuriosus, suique oblitus reperiatur *Muratorius*, hoc quoque exemplum documento est. Infra enim eumdem titulum sine Icone, iterum, ex *Ligorio* repetit, CLIV. 6. effigiemque interpretatur *Latonam puerperam.*

—— 3. iam olim *Fontaninus* hunc titulum miserat ad *Montefalconem*, qui Tomo V. *Supplem. Antiqu. illustr.* L. III. c. 1. p. 68. Tab. XXX. radio describendum curavit, versuque 4. post vocabulum NOR. eodem modo, quo *Bertolus*, (*Le Antichità d'Aquileia*) p. 2. n. I. legit VELOX, atque sic interpretatur: CONfector FERri NORici VELOX SERVILius. Haec vero ἐξήγησις displicet Cel. *Muratorio*, *laudanda*, inquienti, *sententia*, *dummodo in Norico fodinae ferri habeantur.* Sed hunc scrupulum facile euellunt loca, quae de ense Norico, quo nullum apud veteres celebratius erat, ibidem *Montefalco*, & *Cannegieterus*, l. l. p. 202. 203. conduxerunt. Neque ad rem magnopere attinet scire, illa regio ferri metallis caruerit, an ferax dici haberique possit. Id vnum sufficit, nusquam melius attemperatum, coctum, & fabrefactum fuisse. Interim dissimulandum non est, *Muratorium* postea illius Obseruationis poenituisse. Haec enim verba delere iussit in *Addendis* & *Corrigendis* Tom. IV. p. 12. *Montefalco* non admodum verisimiliter *Speleum*, quod ad sacra Mithrae pertinet, pro Hypogeo accipit, quale ipsi

vi-

visum est Plutoni, deo subterraneo, dicari potuisse pro salute *Macronis*, qui reconditis in telluris meatibus venas aeris & ferri scrutando persequebatur. Recte vero *Muratorius* noster auctoritate *Paulini Nolani* fretus ad Mithrae sacra refert, qua in re ei praeivit *Gisb. Cuperus* in Epistola ad virum praestantissimum scripta p. 341. 346. *Epistolarum Clarorum Belgarum ad Magliabechium*, Tom. I.

XXIX. adnotatio Muratoriana non dissimilis est *Turrianae*, de *Mithra*, c. 2. p. 177. 178.

— 2. nullibi re emendatior, quam apud *Reines*. I. 879. prodiit, nisi vers. 2 loco GELLAE voce CELLAE a Reinesio jam correcta, & vers. 5. pro numero 2020, in cuius locum Σωζει ingeniose sufficit *Reinesius*, cognomine ZωSA expresso, neque nunc demum schedis *Blanchinii* debebatur, sed jam *Donii* industria I. 165. lucem viderat.

— 4. v. *Appendix Inscriptionum antiquarum quae in Etruriae urbibus extant*, Part. II. p. 435. Cf. quoque Pars III. p. 362.

— 5. vera dicit *Muratorius*. partem huius Inscriptionis legi apud *Grut*. XXVI. 10. sed meminisse etiam debuisset, alteram quoque partem inde a versu 10. apud eumdem quoque reperiri CXXIX. 5. Quid vero est, cur lapidem ex *Ligorio* integriorem proferens versu 2. non suppleat nomen L. APICIVS L. F. cum *Gudius* e *Ligorio* suppleverit ad *Gruterum*, loco priori laudato, nec legat PETRONIANVS pro PETRONIVS, versu 6.

— 6. edidit jam & eodem modo explicuit

ipse *Camillus Silvester* in *Juvenale* suo *Etrusco*, *Patavii*, 1711. 4. ad Sat. XII. p. 619. add. *Giornale de' Letterati d'Italia*, Tom. VIII. p. 75. quasi Hedomacus s. Hedomachus servus fuerit Publicus Duumvirum Magistralium. cui interpretationi intercedit *Cannegieter*, l. l. p. 203. ante, inquiens, Publicum fuisse, h. e. servum, dein Duumvirum factum, simul de conditione servorum publicorum plura docens. Sed quid opus est de *Publico* h. e servo cogitare? Quidni de cognomine Hedomaci accipi possit? Plures enim sunt ap. *Gruterum*, & alios, qui Publici nomine veniunt. Ideoque lego: *Hedomacus Publicus, Duumvir Magistralis*, qui, libertinae conditionis homo, tenue quoddam Magisterium alicubi gessit. Interim quid moramur amplius titulum, si omni exceptione maius est iudicium *Scipionis Maffeii*, in spuriis eum recensentis, p. CLXXVII. n. 5. *Musei Veron.*

— 6. vel potius 7. *Inscription. Florentinarum* Part. II. p. 11 ad cuius *Gorii* fidem marmoris fragmentum non expressit, immo corruptius infra CII. 5 repetiit, iocularemque annotationem addidit, de qua suo loco. Sciendum vero est, idem iam dudum extitisse ap. *Gruterum*, MX. 4. ad quem locum vid. *Gudius*.

XXX. 2. mutilam habuit *Reinesius*, I 36. Longe pleniorem vero *Donius*, I. 58. vbi versu 1. legitur CERERI I DIVINAE. quam mediam literam I. omisit *Muratorius*, plene a *Gorio* redditam, vel per *Inuictam*, vel mutata litera I, in L. per *Legiferam*.

— 3.

— 3. de huius tituli antiquitate ob quaesitas Epithetorum argutias dubito.

— 3. hoc Epigramma expressum est ex *Ovidii* IV. *Fast.* 407. vt pulchre annotavit illustris famae *Dorvillius*, in *Miscell. Observat. Nov.* Tom. III. p. 151.

— 5. extat quoque apud *Petrum Mariam Kavinam*, in *Faventia Rediviva.* p. 54. Tom. VII. Part. II. *Thes. Ital.*

— 6. Tam brevem inscriptionem tot maculis deformari putidum est. Primum legi non debebat MATRI sed MARTI, vt apparet ex *Rubei Memoriis Brixianis*, p. 88. vnde eandem infra desumtam ipse rursus apposuit XLIV. 2. Deinde restituendum est nomen *M. Vetini Assiani.*

— 7. quis est, ille *Vecchiazzanus?* quem numquam fando audiui, aut quo libro clarus fuit, vt *Muratorio* persuadere posset, hunc titulum aut suis numeris absolutum, aut nusquam alibi editum esse. Immo satis constat, hunc ipsum minimam duntaxat partem, & initium esse longe maioris Inscriptionis, cuius integritatem servarunt diu ante *Jac. Mazochius*, *Epigrammat. antiquae vrbis*, p. XLVII. *Smetius*, qui a *Pyrrho Ligorio* acceperat, XX. 1. *Gruterus*, XXVIII. 2. *Baronius*, *Annal. Eccles.* ad A. C. 376. III. p. 433. Tom V. ed. Luc. *Fleetwood* p. 14. n. 2. *Ant. van Dale* in *Dissertationibus IX. Antiquitatibus, quin & Murmoribus* &c. *inservientibus.* p. 42. & tandem e *Ligorii* schedis *Josephus Roccus Vulpius*, in *Veteri Latio Profano*, Tom. III. L. IV.

c. IV. p. 80. & Tom. VII. L. XII. c. 6. p. 101. f. Omnes non SESTILIVS sed SEXTILIVS obtulerunt.

Haec hactenus. Alio tempore & loco plura.



CA-

CAROLI SEGAAR

SPECIMEN
OBSERVATIONUM CRITICARUM
IN
ISOCRATEM.

Castigatissimus Scriptor & sapientiae non minus quam facundiae laude olim florentissimus, *Isocrates*, dignus certe est, quem maiori tandem cura expoliant Eruditi homines. *Henricus* quidem *Stephanus*, cui tantum res literaria debet, quantum vix ulli alii, egregiam in ipso operam & studium collocavit: at restant plura, etiam post aliorum Praestantium virorum labores, quae doctae & medicae manus officium desiderent. Quae ego ante aliquot annos, in Praeclaro hoc oratore legendo, (utor edit. a. 1593. fol.) observavi, horum nonnulla, oblata occasione, hic in medium adferam, *Isocrati*, ut spero, nonnihil profutura, & harum literarum amatoribus haud displicitura.

Subiunxit vir Eximius suae editioni *Septem Diatribas*. Harum postrema potissimum complectitur eius observationes ad nonnulla vocabula & loquendi genera *Isocratea* ab *Harpocratione*, in *Lexico decem Oratorum* notata: finem facit in voce Παιδικίας. Quam vellem plura addendi,

ipſi tempus ſuppeditaſſet, & inter alia nos docuiſſet *Stephanus*, quid cenſeret de *Harpocrationis* nota in voce Περίςατοι. Haec ſunt eius verba Περίςατοι. Ἰσοκράτης περὶ τῆς ἀντιδόσεως. θαυματοποιοῖς, τοῖς οὐδὲν ὠφελοῦσιν, ὑπὸ δὲ τῶν ἀνοήτων περιςάτοις γινομέναις· ἀντὶ τοῦ, περὶ οὓς κύκλῳ ἵςανται οἱ θεώμενοι. τὸ ὄνομα καὶ ἐν Ἀρχιδάμῳ ἐςι. Nihil quicquam hic Interpretes: ſilet ipſe *Henr. Valeſius*. Neque hoc adeo mirum; quae enim laudat verba *Harpocration*, in oratione *de permutatione* non reperiuntur: neque etiam vocabulum illud in *Archidamo*. Scribit quidem *Iſ. Caſaubonus* ad verba οἱ περιςάσεις ποιούμενοι in *Theophraſti* Char. eth. C. VIII. „ περίςατοι, qui corona hominum cinguntur, ut apud *Iſocratem* θαυματοποιοῖς περίςατοι" ſed loco, quo hoc legitur, indicto: nimirum legerat hoc in *Harpocratione* vir Summus. Quid igitur? an allucinatus eſt, iſta ſcribens, Lexicographus? Erit forte, qui ita exiſtimet, argumento etiam adnotationis in v. Αὐθέντης, ubi legimus — ὁ αὐτόχειρ, ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν. διὸ παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης. Vox αὐθέντης certe apud *Iſocratem* nusquam exſtat. Sed audiamus *Stephanum* ad hunc *Harpocrationis* locum. „ Harpocrationis locus hic, inquit, donec ſuae integritati reſtitutus fuerit, haud facile fuerit illius mentem ex eo eruere. Quorſum enim hic διὸ ante παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης ponitur? Sed eadem tamen apud Suidam ſcriptura exſtat. Illud quidem αὐθέντης nondum mihi apud Iſocratem occurrit, quod quidem meminerim: ſed αὐτόχειρας legimus in Panegyr. pag. 64, μᾶλλον δὲ ἐτίμων τοὺς αὐτόχειρας καὶ φονέας τῶν πολιτῶν ἢ τοὺς γονέας τοὺς ἑαυ-

ναι. Sed hanc loci istius scripturam vix puto ab Harpocratione potuisse agnosci; quid enim attinebat, post αὐτόχειρας illud φονέας adiicere? " Haec Stephanus. Iam olim vero mihi simile visum est, Isocratem loco laudato pro αὐτόχειρας scripsisse αὐθέντας, & haec ab Harpocrationis manu esse profecta, — ὁ αὐτόχειρ, ἢ ὁ αὐτὸς ἀνελών. διὸ παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντας καὶ φονέας. Pro αὐτὸν legebam αὐτὸς, potissimum ob δι' ἑτέρων in sequentibus, & quae deinde addit. Sed iam magis arridet αὐτὸν (ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν) ita, qui ex ipso descripsit Suidas; ita Etym. M. ὁ ἑαυτὸν κτείνων; ita alii. — καὶ φονέας Harpocrationem addidisse arbitrabar, quo constaret, Isocratem vocem αὐθέντης eo sensu adhibuisse, quo veteribus frequentatam fuisse, scribit Thomas Mag. in v. Δεσπότης. Verum deinceps illud καὶ φονέας apud Isocratem & mihi in suspicionem venit. quid enim, ut recte scribit Stephanus, attinebat illud adiicere? Interpretamenti sane speciem praefert. Utrumque αὐθέντης & αὐτόχειρ a Grammaticis plerumque per φονεὺς exponitur, neque hoc addere solent Scriptores. Ita αὐθέντα πάρα Eurip. Androm. v. 172. (Schol. ibi, Αὐθέντα, κτεῖνα φονέως, τοῦ δι' αὐτοῦ (αὐτοῦ) ἔχοντος τὸ ξίφος.) Apollon. Rhod. Argon. L. II. v. 755, 756. — ὁμηλέντας (potius ὁμιλεύντας: conf. quae notavit Cl. Iac. Phil. D'Orvil. in Charit, p. 118, 119) Αὐθένται ἀφύκτω (Schol. — αὐθέντης δὲ λέγεται ὁ ἐξ ἑαυτοῦ ἐπί τινος φόνον ἔργαζος, οἷον αὐτοέντης τις ὤν) vid. & Thucyd. L. III. C. 58. Vocem αὐτόχειρ saepissime, subinde & alia significatione, adhibet Sophocles; at hoc sensu, nihil addens, in Oedipo Tyr. v. 239. (ed. glasg.)

Glasg.) in *Aiace* v. 57. in *Antig.* ubi adiecti-
ve, v. 177. 178. — μίαν καθ' ἡμέραν ὤλοντο παίσαντές τε καὶ πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι. pro καθ' ἡμέραν ὤλοντο ibi lege, inſerto γε, καθ' ἡμέραν γ' ὤλοντο. add. v. 1189, & 1321. ſed τῷ φόνῳ accedit in *Oed. Tyr.* v. 274, & in *Electra* legis v. 961. τὸν αὐτόχειρα πατρῴου φόνου. *Libanius* T. I. p. 982 in fine, τοῦ δὲ πατρὸς αὐτόχειρ ἂν ἐγενόμην, ὃς ἦν μοι τὰ πάντα; Haec ſuffecerint. Forſitan tamen ipſum illud Sophocleum αὐτόχειρ, τῷ φόνῳ admoveat quis, ad tuendam lectionem τοὺς αὐτόχ. καὶ φονέας, verum haec ſunt diverſa. quum Graeci primum voce αὐτόχειρ uterentur ad eum ſignificandum, qui ſua manu vel alii vel ſibi caedem infert, plene dicebant, αὐτόχειρ φόνου, ſed pro eo deinceps, uſu iubente, per ellipſin & ſimpliciter dixerunt αὐτόχειρ, quod ita etiam noſter depoſuit in *Plataica* p. 302. A. Mei igitur ſi res arbitrii eſſet, iſtud καὶ φονέας expungeretur, quod, ut video in ſecunda *Paneg.* editione, non invito fiet Praeſtantiſſimo viro *S. F. N. Moro.* At vero, quid ita tandem fiet de nota *Harpocrationis*? Videamus, quae in eam ſcripſit *Valckenarius* noſter in admirabili illa diatribe in *Euripidis* perditorum dramatum reliquias p. 188, 189; ubi, poſtquam monuerat, αὐθέντας veteribus Atticis vocari ſui vel aliorum *interfectores*, ita pergit: „Sed ne hoc quidem ſenſu veteribus Atticis valde vox fuit frequentata, ſi bene memini, nunquam adhibita *Demostheni*, nunquam *Iſocrati*; *ſui ipſius interfectorem* frequenter appellantibus αὐτόχειρα. miror adeoque vulgata nobis in *Harpocrationis* Lex Αὐθέντης, ὁ αὐτόχειρ, ἢ ὁ αὑτὸν ἀναιρῶν. διὸ

παρ

παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης, Mallem scripsisset ut veriora „Αὐθέντης, ὁ αὐτόχειρ, ἢ ἑαυτὸν ἀναιρῶν, παρ' Ἀντιφῶντι. διὸ παρὰ Σοφοκλεῖ, αὐτοέντης". Egregia haec est emendatio διὸ παρὰ Σοφοκλεῖ, αὐτοέντης, quae & ad antegressa optime respondet, ex parte, hanc etiam adfirmat Cyrilli Lex. MS. Voss. laudatum a Io. Alberti V. C. ad Hesychium in v. Αὐτοέντης. Αὐθέντης κυρίως, ὁ ἑαυτὸν ἀναιρῶν. διὸ παρὰ Σωκράτη (Ms. Fabric., ut notat Cl. Editor, rectius Ἰσοκράτη vel Ἰσοκράτει, ut Suidas) καὶ Θουκυδίδῃ οὐ λέγεται Αὐθέντης, ἀλλ' Αὐτοέντης. — vitiosa haec, sed ex Harpocratione hausta, & in quibus habemus illud διὸ αὐτοέντης. Pergit vir Magnus „ certe, teste Phrynicho in Soph. Appar. Σοφοκλῆς λύσας τοὔνομα αὐτοέντης εἶπεν. conf. Eustath. Il. E. p. 397, 3. sed ille Laii interfectores αὐτοέντας dicit Oed. Tyr. v. 107." Integram Phrynichi notam dedit vir Eruditissimus El. Stoeberus ad Thom. M. p. 205. Neque Sophocles tantum loco laud. dixit αὐτοέντης, sed & in Electra v. 274. ubi pro τὸν αὐτοφόντην legendum τὸν αὐτοέντην, monentibus Antiquis scholiis, quam lectionem etiam vulgatae non modo praeferendam esse censuit, sed et in suam editionem recepit vir ingenio & eruditione praestans Rich. Fr. Phil. Brunck. Ceterum, an παρ' Ἀντιφῶντι addendum sit, equidem dubito. In animo habebat, nisi fallor, Harpocration adnotare, Lysiam vocem αὐθέντης modo quodam sibi peculiari, ἰδίως, adhibuisse de XXX. Tyrannis, tanquam qui non ipsi, vel sua manu, sed aliorum opera usi, δι' ἑτέρων, caedem patrassent. hoc ut clarius appareret, in antecessum monet, αὐθέντης esse,

qui

qui *ipse* vel *sua manu* alium vel se interficit, quocirca & *Sophocles* scripserit αὐτοέντης, atque hinc in fine etiam addit, ὁ γὰρ αὐθέντης ἀεὶ αὐτόχειρα δηλοῖ. Ad ipsam autem hanc de *Lysia* observationem quod attinet, eam tanti non esse, docebunt quae hic scripsit Cl. *Valcken*. *Harpocration* igitur hic memoria non lapsus est, & apud *Isocratem* in *Panegyr.* legendum est, ut videtur, μᾶλλον δὲ ἐτίμων τοὺς αὐτόχειρας τῶν πολιτῶν, ἢ τοὺς γονέας τοὺς ἑαυτῶν. verum in his modum excessi. Ut illuc redeam; *Casaubonus* certe de fide *Harpocrationis* in v. Περίσαπτοι nullus dubitavit. Ipsa *Isocratis* verba quoque exhibet Lexicographus; quocirca, eum ita in libro suo legisse, existimandum est. Nimirum, quem nos habemus *Isocratem*, nonnullis locis non modo corruptus est, sed & mutilus. Agedum, periculum faciamus. — Dicit *Harpocration*, vocabulum περίεπτος legi in *Archidamo*. Hic Lacedaemoniis dissuadens, ne Messenam, iussu Thebanorum, vel instaurent, vel liberam esse patiantur, utitur argumento etiam a *turpi* ducto, dicitque p. 135 E, si pericula, quominus imperata hostium faciant, adire non ausint, iustam subesse caussam, cur ipsos etiam pudeat Olympiae, ceterorumque celebrium conventuum: εἰς ἃς (πανηγύρεις), inquit, τίνας ἂν τολμήσειεν ἡμῶν ὅποθεν ἐλθεῖν; ἀντὶ μὲν τοῦ τιμᾶσθαι καταφρονηθησομένους, ἀντὶ δὲ τοῦ περιόπτους ὑπὸ πάντων δι' ἀρετὴν εἶναι, περιβλέπτους ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐπὶ κακίᾳ γενησομένους. Scribit *Iulius Pollux* L. II. segm. 58, *Isocratem* dixisse περίοπτοι καὶ περίβλεπτοι. respexisse videtur ad hunc locum, quem & hic adscripsit Eruditiss.

tiff. *Gothofr. Iungermannus*, atque adeo perinde ut nos legisse. at *Harpocration* hic, cum in alium locum non conveniat, procul dubio in suo *Isocrate*, vel pro περιόντες, vel pro περιβλέπτους legit περιστάτους, cuius sedem alterutrum in aliis libris occupaverit: quod si ita sit, forte quis pro περιστάτους, non περιόντες, quia hoc rarius est, sed περιβλέπτους, substitutum esse, existimet; neque admodum refragor: cum tamen p. 341. C. *Isocrates* scripserit περιβλέπτους ἐπ' ἀρετῇ γινομένους, equidem περιβλέπτους ἐπὶ κακίᾳ γεγενημένους hic a manu eius esse potius censuerim, atque adeo interpretamentum περιόντες genuinam vocem περιστάτους, quod saepius evenit, loco suo movisse. — Progrediamur iam ad alterum: verba illa suspicor olim lecta fuisse in orat. *de Pace* p. 185. C. Graviter ibi orator notat τοὺς ῥήτορας καὶ δημαγωγοὺς, de quibus minime protrita leges in *Valcken.* diatr. in superioribus laudata, p. 254. seqq.; atque inter alia dicit, pessimum hoc civium genus videre, eos, qui de iudiciis & concionibus, &, quae inde percipiuntur, emolumentis, vivunt, inopia coactos a se pendere, ὑφ' αὑτοῖς ἠναγκασμένους εἶναι, καὶ (sic pergit) πολλὴν χάριν ἔχοντας ταῖς εἰσαγγελίαις, καὶ ταῖς γραφαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις συκοφαντίαις ταῖς δι' αὐτῶν γιγνομέναις. hic verbis illis, quae laudat *Harpocration*, equidem sedem adsignaverim, sic ut pro καὶ ταῖς ἄλλαις συκοφαντίαις ταῖς δι' αὐτῶν γιγνομέναις legerit, καὶ ταῖς θαυματοποιΐαις, ταῖς οὐδὲν ὠφελούσαις, ὑπὸ δὲ τῶν ἀνοήτων περιστάτοις γινομέναις. aut, si malis, καὶ ταῖς ἄλλαις συκοφαντίαις, καὶ ταῖς θαυματοποιΐαις κ. τ. λ. Contende, si placet, locum in laudatione *Helenae* p. 209. C. ubi etiam in

in eo est, ut perstringat istos Oratores, qui absurda argumenta tractarent, velut, mendicorum & exulum vitam magis esse expetendam, quam ceterorum hominum; illosque nihil aliud curare dicit, nisi ut pecuniam auferant ab *adolescentibus*, qui istis delectantur disputationibus, quae nihil prorsus utilitatis habent; at quibus huius erroris venia sit danda, tanquam qui ἐπὶ ἁπάντων τῶν πραγμάτων πρὸς τὰς περιττότητας καὶ θαυματοποιίας οὕτω διακείμενοι διατελοῦσι. Exstat de θαυματοποιοῖς, quos Latini *praestigiatores* dicebant, & de quibus nonnulla notavit *Casaub.* ad *Theophr.* Char. eth. C. VI, egregius *Musonii* locus apud *Stobaeum* p. 202, 40. & seq. θαυματοποιίαι autem artes horum hominum; atque huius generis praestigias exercebant etiam *rhetores*; quod igitur hic docet *Isocrates*. Quemadmodum autem θαυματοποιοὶ dicuntur περίστατοι, quippe quibus praestigias exercentibus vulgus circumspectans adstupescit, ut scribit ὁ πάνυ ad *Aristoph.* Plutum p. 333; sic & ipsae illae artes eleganter ita vocantur ab *Isocrate*, scribente, — ὑπὸ τῶν ἀνοήτων περιστάτους γιγνομένας, id est, ut optime interpretatur *Harpocration*, περὶ ἃς κύκλῳ ἵστανται οἱ θεώμενοι. Lege iam sis hunc locum ex *Harpocratione* emendatum, & longe maiorem in oratione δεινότητα persentisces. Obstat tamen, fateor, huic coniecturae, quod *Harpocr.* scribit, legi haec in oratione περὶ τῆς ἀντιδόσεως: verum forte hic error est, vel, quod malim, in oratione περὶ τῆς ἀντιδόσεως plura, quam quae nos legimus, ex oratione de *Pace*, in usum suum transtulit *Isocrates*. Ceterum laudavit haec ad *Suidam* (qui &

& ipse ex Nostro habet in v. Περίστατοι) v. Ἐυπερίστατον, *Lud. Kusterus*, ubi in eo est, ut hinc illuminet τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν Apostoli *Hebr.* XII. 1. Optimus inter Veteres epistolarum Paulinarum interpres, *Jo. Chrysostomus*, εὐπερίστατον explicat εὐκόλως περιισταμένην ἡμᾶς, quod & praeter alios secuti sunt *Belgae* nostrates, homines Doctissimi; neque hoc improbo: blanditur mihi tamen sententia viri graece Eruditissimi, hac quidem ratione, ut ἡ εὐπερίστατος ἁμαρτία sit *peccatum, quod, circulatoris instar, praestigiarum suarum offuciis facile allicit & ad se trahit.* In superioribus, C. III. 12, 13, Hebraeos iam monuerat vir Divinus, studiose diligenterque curarent, caverentque, ut ne quis ipsorum σκληρυνθῇ ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας, hoc est, interprete Cl. *Pet. Abresch* in egregia paraphrasi, & annot. in hanc Ep., Specim. secundo, p. 218, *dolosis diffidentiae defectionisque delinitus illecebris, tandem obduresceret adversus Iesu doctrinam.* Quando autem huius loci mentio incidit, obiter moneo, me aliquando in principio huius commatis pro περικείμενον legisse περικειμένων, cum περικεῖσθαι proprie pertineat ad *testes.* hoc si quidam Codices praeferrent, nemo certe repudiaret: at, omnibus in lectione περικείμενον consentientibus, nihil iam muto: sententiam verborum νέφος μαρτύρων si spectes, non male ita scriptum est. Verum haec hactenus.

Sunt & alia, in quibus *Isocrati* prodesse possit *Harpocration.* Nescio fere, an huc etiam referendum sit, quod, a *Stephano* praeteritum, habet Lexicographus voce Κυρεῖον. Κυρεῖον, inquit, Ἰσοκράτης Πανηγυρικῷ. Κυρεῖον στράτευμα, τὸ

μετὰ Κύρȣ συναναβεβηκός. Hinc etiam *Suidas* Κυρεῖον ϛράτευμα. Ἰσοκράτης ἐν τῷ Πανηγυρικῷ φησίν. ἐϛι δὲ τὸ μετὰ Κύρȣ ἀναβεβηκὸς ἐπὶ Ξέρξην (vitiose pro Ἀρταξέρξην, ut monuit *L. Kusterus*) Rarius est illud Κυρεῖον, quam ob caussam & *Harpocration* notasse videtur. *Xenophon*, cuius & hic meminit, in fine addens, ȣ̃ μετεῖχε καὶ Ξενοφῶν, crebro scribit τὸ Κύρȣ ϛράτευμα, semel tantum iterumque Κυρεῖον ϛράτευμα, ut in Κύρȣ Ἀναβ. L. VII. p. 234, 8, & Ἑλλην. L. III. p. 287, 7; qui & ad eundem modum subinde Κυρεῖοι ϛρατιῶται, velut p. 285, 20. p. 293, 4. Verum apud *Isocratem* in *Panegyr.* non reperitur. locum, ubi legendum esset, habemus p. 70. D. sed ibi legitur τῷ Κύρȣ ϛρατοπέδῳ χρώμενος. Vocem ϛρατόπεδον hic ab *Isocratis* manu esse, existimem; argumento, quod pro *exercitu* saepissime, & prae aliis etiam scriptoribus, adhibere solet. Sic in hac ipse oratione p. 58. C. E. p. 68. C. p. 71. C. atque ita & in ceteris. vid. p. 100. E. p. 101. D. p. 119. E. p. 196. A p. 338. B. ubi (in Orat. de *permutatione*) μισθωτοῖς χρώμεθα τοῖς ϛρατοπέδοις, ex Orat. de *Pace* p, 168. E. Vetus Grammaticus in Cl. *Bern. Montfauconii Biblioth. Coisliniana*, p. 483 notat: Στρατόπεδον, ἀντὶ τȣ̃ ϛρατεύματος. Θȣκυδίδης δʹ. τὸ ϛρατόπεδον ἀνεχώρησεν. Ἰσοκράτης Ἀντιδόσει, ϛρατόπεδον συνάγειν. Hoc in Orat. περὶ τῆς ἀντιδόσεως non legitur. In laudem Maiorum dicit *Isocrates* in *Panegyr.* p. 57. D: οἶμαι δὲ καὶ τὸν πόλεμον τȣ̃τον θεῶν τινὰ συναγαγεῖν, ἀγασθέντα τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. repetit etiam magnificam hanc sententiam in Orat. de *permut.* p. 328. C. habemus hic igitur πόλεμον συνάγειν, quod grammati-

ticus forte, memoriae vitio, confudit cum τῷ στρατιωτῶν συνάγειν. Permiscentur στρατοπεδεύεσθαι & στρατεύεσθαι, quod obiter monuit P. Wesseling., ὁ πάνυ, ad Herodot. L. III. C. 9, atque ita etiam στράτευμα & στρατόπεδον. Sic igitur Harpocration pro στρατοπέδῳ legere potuit στρατεύματι. A verisimilitudine autem omnino non abhorret, Isocratem pro τῷ Κύρῳ scripsisse τῷ Κυρείῳ. Atque hoc pro certo habere Cl. Morum, his scriptis, vidi, in secunda edit. p. 83; sed ita, ut στρατοπέδῳ ex eius sententia Isocratis non sit, & Harpocration Κυρεῖον interpretatus sit Κυρεῖον στράτευμα. Hoc iam aliorum iudicio permissum esto.

Notavit Stephanus in laudata diatribe, Harpocrationem in voce ὁσίαι scripsisse, Isocratem in Orat. Areopag. dixisse, καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις. Est egregia haec lectio quam & hinc descriptam habes apud Suidam. Iure igitur miramur, eum nihilominus p. 153, B. pro τοῖς ὁσίοις edidisse καὶ θυσίαις, quibus certe ibi non est locus. Monuit hoc & plura de hac loquendi ratione dedit Valckēn. ad Herodot. p. 442, 12. Non raro ista talia confunduntur. Conf. Cl. Iac. de Rhoer. ad Porphyr. de abstin. — p. 150, qui recte pag. seq., non θυσίας, sed ὁσίας, quod & in superioribus cum Cl. Io. Iac. Reiskio praetulerim, legendum esse censet. verba sunt, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἔχειν τῆς ὁσίας πάντας βραβευσάσης. haec forte adhiberi possunt ad confirmandum insolentius illud Dionis Cassii, quod ibi mutatum ibat vir Praeclarus, Vol. II. p. 892, 12. τῆς ἀρχαίας ὁσίας ἕνεκα, quod expono, veteris ritus vel consuetudinis caussa.

In Epistola ad *Philippum*, p. 409, A. monente *Harpocratione* voce Ἀπιστεῖν, pro ἠπείθησας restituendum ἠπίστησας. Neque hoc praeteriit *Valckenarium*, qui vid. ad *Herodot.* L. VI. C. 108, ubi plura de hoc usu verbi ἀπιστεῖν notavit. Eius observatis accedit, quod & *Xenophon* εὔπιστος & εὐπειθὴς permutat. sic in *Cyrip.* legimus p. 26, 11. (ed. *Steph.*) εὐπιστότατοι τοῖς ἄρχουσιν, & ib. p. 25, 38. εὐπειθὴς τοῖς ἄρχουσι. Idem illud notabis in Epist. ad *Hebr.* C. III. 18, 19. Τίσι δὲ ὤμοσε μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι; Καὶ βλέπομεν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν, pro quo & C. IV. 6. δι' ἀπείθειαν. conf. & Com. 11. Vide & quae scripsit vir Eximius *Ier.* *Marklandus* ad *Eurip.* Iphig. in Aulide v. 634. add. & *Suid.* in v. Ἀπιστεῖν.

Legimus in Orat. de *permutatione* p. 330, A de Lacedaemoniis & Athenienfibus, ταῦτα δὲ ποιεῖν ἐτόλμων, οὐχ ἥττω τῶν πολεμίων καταφρονοῦντες, ὡς πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμούμενοι. Leguntur haec in ea huius orationis parte, quae repraesentat scripta in Orat. *Panegyr.* At in loco, quem hic expressit, pro φιλοτιμούμενοι, legitur ἀγωνιζόμενοι, (πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι) p. 59. B. Plura quidem in Orat. *de antidosi* mutata, sed verbum φιλοτιμεῖσθαι, quo non raro utitur *Isocr.*, alia adhibet structura; velut in *Paneg.* p. 49. C. ἑκατέρους ἔχειν, ἐφ' οἷς φιλοτιμηθῶσιν. vid. & p. 57. A. atque ita solet. vid. p. 123. A. p. 167. D. p. 177. B. p 370. A. Vitiose, ut hoc addam, apud *Lysiam* p. 173 in fine, ὡς ἐπαινοῦς, ἂν οὗτος φιλοτιμεῖται, τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι. Lego, ἐπὶ κακοῖς, οἷς, vel ἐφ' οἷς, οὗτος φιλοτιμεῖται. conf. p. 292, 5, 6. Quid iam hic *Harpocration*? in voce Ἀγωνιᾷν scribit

bit. Ἀγωνιᾷν, τὸ ἀγωνίζεσθαι. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως· ἀγωνιῶντες ἀντὶ τȣ̃ ἀγωνιζόμενοι παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ Πανηγυρικῷ. Inde & *Suidas*, qui hic, ut saepius, *Harpocrationem* contraxit. Ἀγωνιᾷν Ἰσοκράτης, ἀντὶ τȣ̃ ἀγωνίζεσθαι, & in Ἀγωνιῶ. Ἀγωνιῶντες, ἀντὶ τȣ̃ ἀγωνιζόμενοι. Ἰσοκράτης. Ἀγωνιᾷν autem non est in Orat. περὶ τῆς ἀντιδόσεως. forte scripsit, Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως ἀγωνιῶντες ἀντὶ τȣ̃ ἀγωνιζόμενοι. καὶ παρὰ τῷ αὐτῷ ἐν Πανηγυρικῷ, atque adeo utroque loco legit ἀγωνιῶντες· nisi malis, legendum esse, ἀντὶ τȣ̃ ἀγωνιζόμενοι, ὁ παρὰ — Hoc utcumque existimetur, *Isocratea* ratio aliquid momenti habere videtur, ut credamus, utroque loco ab ipso scriptum esse ἀγωνιζόμενοι. Memoria hic igitur *Harpocrationem* fefellerit. Et secus hic etiam est ac in v. περίςαλα, ubi ad probandum id, quod dicit, ipsa *Isocratis* verba exhibet. Ceteroquin certum est, Grammaticos Veterum loca non raro quoque *memoriter* citare, atque ex istis citationibus receptam lectionem non temere esse mutandam.

Atque hoc de genere satis hic dictum. Adiiciamus, quae ad nonnulla alia loca, in quibus labes haerere visa est, observavimus.

Legimus in *Panegyrico* p. 41. C. ἐχρῆν μὲν ȣ̃ν καὶ τȣ̀ς ἄλλȣς ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι καὶ μὴ πρότερον περὶ τῶν ὁμολογȣμένων συμβȣλεύειν, πρὶν περὶ τῶν ἀμφισβητȣμένων ἀπαλλάξαι. Sic & in utraque edit. Eruditissimi *Mori*. *Isocrates* ante, p. 42, B. τῆς ταραχῆς τῆς παρȣ́σης καὶ τῶν μεγίςων κακῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξαι. Deinde, p. 48. C. τȣ́των τῶν κακῶν αὐτȣ̀ς ἀπήλλαξε. p. 76. D δεῖ σκοπεῖν, ὅπως ἀπαλλαγησόμεθα τῆς παρȣ́σης ἔχθρας. p. 80 E. αὐτοί

τι ἀπαλλαγήσονται τῆς τοιαύτης ἀπορίας. Haec sunt ex eadem hac oratione; & sic semper. vid. & p. 92. A. p. 107. A. p. 148. D. p. 150. E. p. 336. E. Nec aliam structuram admittit ratio verbi ἀπαλλάξαι. Eo igitur abeat istud περὶ ante τῶν ἀμφισβητουμένων, unde malum pedem huc intulit. proximum περὶ (περὶ τῶν ὁμολογουμένων) librarium in errorem induxisse videtur. Contra ea περὶ ante τῶν δικῶν restituendum p. 64. C. ut ad calcem iam monuit *Stephanus*, recte adeo etiam receptum a Cl. *Moro*.

In eadem oratione, p. 69. A. dicit, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι μὲν ταῦτα τοὺς λέγοντας οὐκ ἀποτρέπειν, ἀλλ' ἐπισπεύδειν τὴν στρατιάν, atque ita & p. 75. D. ποιήσασθαι τὴν στρατιάν. Utroque hoc loco *Stephanus* ad calcem legendum esse monuit στρατείαν, & recte quidem, ut puto; *expeditionem* enim *suscipere* est στρατείαν ποιεῖσθαι, ut recte p. 120. στρατεία est *expeditio militaris*, στρατιὰ *exercitus*. cum igitur hic agat de *expeditione* in Persas, στρατείαν etiam reponendum est: quod hic, ut & loco laudato, mutata sententia, in secunda edit., recte fecit Cl. *Morus*. Sunt nimirum viri Docti, qui usum haec permutare potuisse arbitrentur; & praeiit hic *Ammonius*, qui, postquam in v. Στρατεία utriusque vocabuli differentiam tradidisset, addit ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει. At hoc ex parte tantum verum est; nimirum in manu exaratis libris & primis editionibus, non in Veterum accuratam scribendi normam sectantium scriptis. Quae igitur ex his in contrarium adferuntur exempla, Scribarum, simplicem vocalem & diphthongum saepissime con-

confundentium, errori sunt tribuenda; atque adeo in his refingendis *Stephani*, *Sylburgii*, *Hemsterhusii*, qui primus mihi facem praetulit, *Ruhnkenii*, aliorumque Magnorum virorum, novissime etiam *Valckenarii* ad *Herodot.* L. III. C. 3, & in Adnotationibus ad Phalaridea *Lennepii* p. XVI., iudicium sequendum esse equidem existimo. Emendabis itaque & apud Nostrum p. 77. B, ubi & recte *Morus.* p. 79. A. ubi & στρατεία praestare videtur. p. 201. B, & p. 218. B. Recte p. 321. D παρακαλῶν ἐπὶ τὴν κατὰ βαρβάρων στρατείαν. Sic & p. 322. D. Apud *Iosephum* crebra confusio. *Antiq. Iud.* L. XVI. C. 2, 2. plus simplici vice στρατιὰν pro στρατείαν, atque ita saepius. Apud *Strabonem* ex adverso p. 384. A. p. 466. B., est στρατείαν pro στρατιάν.

In Orat. ad *Philippum* p. 84. C. legimus, ταῦτα δὲ διανοηθεὶς καὶ νομίσας, οὐδεμίαν ἂν εὑρεθῆναι καλλίω ταύτης ὑπόθεσιν, οὐδὲ κοινοτέραν, οὐδὲ μᾶλλον ἡμῖν ξυμφέρουσαν, ἐπήρθην πάλιν συγγράψαι περὶ αὐτῆς. Pro κοινοτέραν equidem existimo *Isocratem* scripsisse οἰκειοτέραν. Ita mox pag. seq. D. πειρασόμενόν σε προτρέπειν ἐπὶ πράξεις οἰκειοτέρας, καὶ καλλίους, καὶ μᾶλλον ξυμφερούσας. habemus & hic tria illa coniuncta.

In eadem Orat. p. 106. B., ubi de Diis qui nobis bene faciunt, τῶν μὲν καὶ τοὺς ἰδιώτας, καὶ τὰς πόλεις, καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς ἱδρυμένας. Non raro legitur ἱδρυμένοι praet. perf. partic. pass, ab ἱδρύω. verum hic debet esse praesens, quod docent sequentia, τιμωμένους & καλουμένους. *Isocrates* igitur mihi scripsisse videtur ἱδρυομένας. Ver-

bum hoc proprium est de *templis*, *statuis*, *aris*, ut monuit vir Eximius & ingenio doctrinaque excellens, *D. Wyttenbach*, in Bibl. Crit. Vol. III. P. II. p. 36. *Herodotus* L. II. C. 42. ἴσον μὲν δὴ Διὸς Θηβαιέος ἵδρυνται ἱρον. ubi vid. adscripta. *Aelianus* V. H. L. XII. C. II. Romani sub Palatio colle Πυρετῷ καὶ νεὼν καὶ βωμὸν ἱδρύσαντο, & L. II. C. 23. qui fluvios colunt & imagines eorum fabricantur, οἱ μὲν ἀνθρωπομόρφους αὐτοὺς ἱδρύσαντο, οἱ δὲ βοῶν εἶδος αὐτοῖς περιέθηκαν, *partim statuas iis specie hominum ponere solent, partim iis boum figuram affingere.* Hinc & *Dio Cassius* voce ἵδρυσις usus de templi *dedicatione* Fragm. XXV, quod in novissima edit. p. 12 minus recte, in ἱέρωσις mutandum esse, scribitur. Compositum verbum ἀφιδρύειν frequenter occurrit apud *Strabonem*, veluti p. 618. A. Δήλιον τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκ Δήλου ἀφιδρυμένον. *Delium Apollinis templum ad formam templi, quod in Delo est, conditum.* p. 835. C. & alibi. atque inde etiam ἀφίδρυσις τοῦ ἱεροῦ p. 590. B. C. & ἀφίδρυμα p. 852 A. — Dicit igitur hic *Isocrates*, illis Diis & privatos homines, & universas civitates templa & aras statuere.

In *Archidamo* p. 118. A. scribit: μηδεὶς οὖν ὑμᾶς πείσει τοιαύταις αἰσχύναις τὴν πόλιν περιβαλεῖν. Verborum cohaerentia & vis sententiae docet, pro πείσει hic legendum esse πεισάτω, nemo igitur *vobis persuadeat*, *vos inducat*. — Revocat hoc mihi in mentem locum, quem legimus in eadem oratione, p. 122. E. ὅπως δὲ τοῦ δικαίου χρὴ ποιεῖσθαί τι πρεργιαίτερον τὸ συμφέρον, οὐδεὶς ἂν μελετᾶν πείσειεν. μελετᾶν ab hoc loco alienum scripsit,

sit, ut iam monuit *Valcken.* ad *Herodot.*, p. 254, μη λέγων. οὐδεὶς ἂν μη λέγων πείσειεν, *nemo verbis mihi persuaserit.* vides ibi locum laudatum, ubi ita *Isocrates.* add. p. 128. A. ubi ὑπὸ λόγων πεισθέντες, & p. 350. E. λόγῳ πείθειν. conf. & p. 343. B. C.

In eadem Oratione p. 120. C. ἀξιοῦντες βοηθεῖν τῷ τεθνεῶτι — δέχεσθαι ταῦτα, καὶ τιμωρεῖν τοῖς ἠδικημένοις. *Ammonius*, Τιμωρεῖσθαι καὶ τιμωρεῖν διαφέρει. Τιμωρεῖσθαι μὲν γάρ ἐστι τὸ κολάζειν. Τιμωρεῖν δὲ τὸ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις. Haec observatio ex parte modo vera. Verum est, τιμωρεῖσθαι esse κολάζειν, *punire*, & τιμωρεῖν idem esse ac βοηθεῖν, *opem ferre*, unde & τιμωρία, & τιμώρημα etiam, *auxilium.* (vid. *Valck.* ad *Herodot.* L. III. C. 148. & L. VII. C. 169.) sed falsum est, hunc usum esse perpetuum. Rectius *Thomas Magister*, ipse tamen & ab errore non immunis; τιμωρεῖν enim interdum quoque cum *accus*, non modo apud Poetas, sed & apud soluti stili optimos Auctores, significat κολάζειν, quod ad locum *Thomae*, exemplis in medium prolatis, quibus plura addi possent, docuit Cl. *Franc. Oudendorp.* Verum, quod hic inprimis notandum, τιμωρεῖν & τιμωρεῖσθαι cum *dat.* etiam non raro ponuntur pro ἐκδικεῖν *vindicare*, *ulcisci*, ut monuit in erudita adnotatione ad *Act. Apost.* C. XXVI. §. 11. vir Summus *Ioach. Camerarius*, qui & ibi adscripsit locum *Sophoclis* a *Thoma* adductum, in *Electra* v. 351. Ἐμοῦ δὲ πατρὶ πάντα τιμωρουμένης. cui accedat vs. 401. Πεσούμεθ', εἰ χρὴ, πατρὶ τιμωρούμεναι. ita omnes, ab *Aldina*, atque ex ea expressis, si discesseris, editiones. veram lectionem, quam praeferunt Codices, & habent

etiam Scholia, in sua edit. recte revocavit *Brunck.*, τιμωρȣ́μενοι. vide eum ad h. locum, & inprimis ad *Antig.* v. 926. atque hic iam obiter observa, *S. Lucam* ex more Atticorum, qui universe de feminis participia generis adhibere solent masculini, (de quo & conf. *Valck.* ad *Eurip.* Hippol. p. 205, 206.) Act. ix. 37 scripsisse λȣ́σαντες pro λȣ́σασαι, feminae enim, non viri, feminas mortuas lavabant, ut recte monuit *Markl.* ad calcem *Eurip.* Suppl. p. 281. Τιμωρῶ autem forma activa ita saepius occurrit. locum *Euripid.* in *Oreste* v. 562. τιμωρῶν πατρί, *patrem ulciscens*, plures iam notarunt. *Suidas* v. Τιμωρȣ̃ντος. βοηθȣ̃ντος. ἐκδικȣ̃ντος. Αἰλιανός. ἐμοὶ δοκεῖν, τȣ̃ Διονύσȣ τιμωρȣ̃ντος παρθένῳ δυςυχεῖ, καὶ παθȣ́σῃ τραγῳδίας ἄξια. hoc cum iis, quae sequuntur, excerptum esse ex miro *Aeliani* libro de *Providentia*, ex quo ille non pauca in suum Lexicon transtulit, recte putat Cl. *Kusterus*. *Lysias* in fine Orat. *contra Agoratum*: ἔπειτα τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν φίλοις τετιμωρηκότες ἔσεσθε. Saepius ita *Dio Cassius*, qui inter alia T. I. p. 427, 34. etiam habet πατρὶ τιμωρεῖν. At quorsum haec? Ad meam de hoc loco coniecturam adfirmandam. *Lysias* quidem etiam dixit βοηθεῖν τῷ πατρί, sed diversa ratione: verba sunt p. 183, ἆρ᾽ ἄξιον (l. ἆρ᾽ ȣ̉κ ἄξιον) ὀργισθῆναι τῷ εἰρηκότι, καὶ βοηθῆσαι τῷ πατρί, ὡς καὶ ἐκείνȣ κακῶς ἀκηκοότος; Est & fateor, quaedam adfinitas inter significationes *opem ferendi* & *ulciscendi*, *proxima* enim *auxilio*, ut *Livius* ait L. xxxi. C. 24, *est ultio*, atque hactenus *patris necem ulcisci* dici posset βοηθεῖν τῷ τεθνεῶτι: constat tamen ex dictis, in usu loquendi hoc potius esse τιμωρεῖν τῷ τεθνεῶτι· quo cir-

circa pro βοηθεῖν hic substituerim τιμωρεῖν. *Lucianus* in *Alexandro*, quem inscripsit *Celso* Epicureo T. II. p. 264, 5. dicit, illum se librum scripsisse etiam Ἐπικούρῳ τιμωροῦντα. unus & alter Cod. ibi pro τιμωρῶν habet βοηθῶν. Deinde pro τιμωρεῖν τοῖς ἠδικημένοις scripserim βοηθεῖν τ. ἠ. atque ita solet Noster. sic paulo post p. 122. A. & p. 165. B. p. 340. D. βοηθεῖν igitur & τιμωρεῖν locum inter se commutent, & suum recuperabit *Isocrates*.

P. 127. D. πῶς ἂν οἱ τοιοῦτοι δυστυχοῦντες πολὺν χρόνον ἐπαρκέσειαν; Forsan in proxime antegressis τίνα δὲ τῶν - pro τίνα legendum τινά. Verum quid hic illud ἐπαρκέσειαν? certissime scribendum καρτερήσειαν, atque ita Noster loco gemino p. 130. B, de iis, qui bono non sunt ferendo, rebusque secundis fatigantur, πῶς κακοπαθοῦντες πολὺν χρόνον καρτερήσειαν; —

In egregia hac Orat. p. 134. A. ἐὰν γὰρ παρακατοικήσωμεν ταύτην αὐξηθεῖσαν, τίς οὐκ οἶδεν; Scribit *Isocrates* p. 121. C. νῦν δὲ τοὺς εἵλωτας ὁμόρους ἡμῖν παρακατοικίζουσιν. hoc quum laudasset *H. Stephanus* in Thesauro, addit, „ affertur vero ex eodem Isocrate παρακατοικίζειν τὴν πόλιν" quod certe spectat ad hunc locum. Et tamen hic ab ipso vulgatum legimus, non παρακατοικίσωμεν, sed παρακατοικήσωμεν. nisi igitur operarum sit error, παρακατοικήσωμεν hic iam, cum forsan ante incertus fluctuaret, praetulit *Stephanus*. Ceterum, quamquam video, quemadmodum hoc defendi possit, malim tamen παρακατοικίσωμεν, quo ante usus Auctor, cum & pacem se daturos polliciti essent Thebani ea conditione, si Messenam instaurarent,

li-

liberamque esse sinerent Lacedaemonii. Saepius autem librarii in οἰκῆσαι & οἰκίσαι *cet.* aberrarunt; discrimen enim in ipsa sermonis indole fundatum a vetustis Scriptoribus semper fuit observatum. Exempla permutationis si desideres, adi Eximios viros *Ti. Hemsterh.* in Obs. Misc. Vol. VI. p. 348, 349, *F. L. Abresch* Vol. X. p. 347, *C. A. Duk.* ad *Thucyd.* L. IV. C. 6, & *P. Wessel.* ad *Herod.* p. 179. conf. & p. 585. In ipsis Divinis libris locus est, in quo forte eadem haec macula haeret. nimirum *Col.* 1: 19, ubi legimus; ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι. Commata, 15, 16, 17, 18, meo quidem iudicio, sunt parenthetica, & praebent, praeter multa alia, egregium documentum, quantum *Paulus* valuerit eloquentia, non artificiosa illa, sed naturali, sed sponte nata ex animo excelso, eodemque flagrante amore Optimi Maximi *Soteris* nostri. Com. 19. igitur quantumvis recte etiam iungatur proxime antegressis, ex mente tamen Apostoli potissimum refertur ad Comm. 12, 13, 14, & εὐδόκησε ad τὸν πατέρα, de quo Com. 12, 13. dixerat Apostolus. At vero illud εὐδόκησε — κατοικῆσαι parum respondet ad loquendi rationem in his libris frequentatam; & proxime posita, quae cum his arctissime cohaerent, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι, flagitare hic etiam videntur verbum activae significationis. Probabile itaque, cum Summo *Hemsterhusio* pro κατοικῆσαι legendum esse κατοικίσαι, hoc sensu: *quoniam illi* (*patri* scilicet) *visum est in ipso, velut in proprio habitaculo, collocare omnem plenitudinem.* In *Act.* *Ap.*

Ap. C. VII. §. 4. vera procul dubio est, quam iam legimus, scriptura μετῴκισεν, pro quo ibi multi Codices, atque hinc nonnullae Editiones habent μετῴκησεν. Idem vitium in *Strabone* p. 465. A. in margine emendatum a *Casaubono*. Menda haec, ex pronunciatione nimirum orta, in aliis verbis etiam per est frequens. *Io. Chrysostomus* Opp. T. XI. p. 281, D. οὐχ ἵνα τῶν πνευματικῶν ἀποχωρήσωμεν ἑαυτούς. certissime scripsit ἀποχωρίσωμεν. *Strabo* L. IV. p. 384. B. ubi egregie de Romanis, postquam de Campanis victoriam reportassent, dicit, πολλοῖς κακοῖς ἐσωφρόνησαν αὐτούς· imo vero ἐσωφρόνισαν. atque ita alibi. Verum haec animum attendentibus ad linguae genium adeo in expedito sunt, ut mirum sit, ista talia in optimis editionibus reperiri. notavit & hic *Ti. Hemsterh.* Obs. Misc. Vol. IV. p. 288, & *St. Bergler*us ad *Alciphr.* p. 211.

In Orat. *Areopag.* p. 149. C, in laudem Iuvenum superioris temporis scribit, ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον, ἐν οἷς ἐτάχθησαν· θαυμάζοντες καὶ ὁμιλοῦντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας· Voci ὁμιλοῦντες labes certe insidet. τιμῶντες ab *Isocrate* scriptum esse equidem existimabam, argumento loci p. 277, D., ἐκεῖνοι δὲ τοὺς τοιούτους τῶν ἔργων πρωτεύοντας βελτίστους εἶναι τῶν παίδων ὑπολαμβάνουσι, καὶ μάλιστα τιμῶσι: cui accedit, quod θαυμάζειν & τιμᾶν etiam iungit in *Panegyr.* p. 42. E. εἴτις τιμῴη καὶ θαυμάζοι μὴ τοὺς πρώτους τῶν λόγων ἀρχομένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα αὐτῶν ἕκαστον ἐξεργαζομένους. at Eximiis Criticis, D. *Rubnkenio* ὑμνοῦντες, *L. C. Valckenario* ζηλοῦντες, placebat,

quod

quod didici ex huius Adnotat. in *Euripid.* Hippol. p. 107. D.

In eadem Oratione p. 153 B. legimus τὰς δὲ τριάκοντα τῶν μὲν ἀμελήσαντας, τὰς δὲ συλήσαντας. haec ponuntur contra proxime antegressa, τὴν δημοκρατίαν ἅπασαν ἀμελήσασαν τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις; (ut ante vidimus legendum esse) τῶν hic refertur ad τὰ ὅσια & τὰς ad τοῖς ἱεροῖς. de more igitur hic pro τὰς scribendum fuerat τὰ: quod & forte quis genuinum putet. Legimus p. 60. D. ἱερὰ δὲ συλώμενα καὶ νεὼς ἐμπεπρησμένους, & p. 73. B., οἳ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη, καὶ τοὺς νεὼς συλᾶν — καὶ κατακάειν ἐτόλμησαν. facilis hinc ad coniectandum ratio, quam & ante probabam, post τὰς δὲ excidisse νεὼς, maxime propter vicinum νεωσοίκους. Videtur tamen mihi iam in *Isocrate* hic potius quaedam incogitantia, tanquam si scripsisset ante τοῖς νεοῖς, locum habere; cuius plura apud optimos utriusque linguae Scriptores reperiuntur exempla. vid. *Hemsterh.* ad *Lucian* T. I. p. 400, & quos ibi laudat.

In Orat. *de Pace* p. 164 B. dicit, se censere e concione abeundum, ubi non tantum decreta pax est, sed & ratio eius conservandae inita: ἀλλὰ καὶ βεβουλευμένους, ὅπως ἄξομεν αὐτήν. Dubium non est, quin scripserit βεβουλευμένους, quemadmodum & legitur, ubi eadem verba iterantur, p. 383. D. Sed fortassis hic operarum vitium est, cuiusmodi plura sunt, forte in edit. *Londin.*, quae non est ad manum, sublata; velut p. 71. D. οὐκ ἐπιμέλειαν ἰδόντες, pro οὐκ ἐπὶ μὲν λείαν ἐ. p. 174, E. διακελεῖν pro διατελεῖν; quod utrumque emendatum legitur in edit.

Pa-

Panegyr. Cl. *Mori* p. 104, C. καινὸν pro κοινὸν. p. 117. C. ὑπομνηστέον pro ὑπομνηστέον conf. p. 183. E. p. 327. D. ἔργοις pro ὅρκοις cet. nescio, an huc etiam referendum sit ἐν pro ἐν ἐγκώμιον p. 160, B.

In eadem Orat. p. 173, C. scribit: ἀνάγκη δὲ τοὺς νουθετοῦντας, καὶ τοὺς κατηγοροῦντας, τοῖς μὲν λόγοις χρῆσθαι παραπλησίοις, τὰς δὲ δυνάμεις ἔχειν ἀλλήλαις ὡς οἷόν τε ἐναντιωτάτας: hoc verum non est de iis, qui monent & *accusant*; sed recte hoc dictum, si mutata una litera pro κατηγοροῦντας scribas κακηγοροῦντας. mox pariter opponit τοὺς λοιδοροῦντας & τοὺς νουθετοῦντας. ad λοιδοροῦντας autem non respondet κατηγορ. sed κακηγ. Quae hic proxime ponuntur verba, me in memoriam revocant alterius loci, qui geminus est, in *Panegyr.* p. 67, D. ubi χρὴ δὲ κατηγορεῖν μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας, νουθετεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ τοιαῦτα πράττοντας. reponendum hic quoque κακηγ. Verum hanc huius loci correctionem iam occupavit, ut deinceps vidi, *Marklandus* in Coniect. in *Lysiam* p. 558, qui & ibi monet; initio Orationis *de Bigis* pro κατηγορίας forte etiam scribendum κακηγορίας malim ego hoc reddere *Stobaeo* p. 488. ibi *Perictyone* Pythagorica dicit, ab uxore in marito etiam tolerandam esse ὀργήν, καὶ φειδωλίην, καὶ μεμψιμοιρίην, καὶ ζηλοτυπίην, καὶ κατηγορίην, imo κακηγορίην.

P. 252. A. in *Panathenaico*, in quo acerrimum Atheniensium adversus rivales Lacedaemonios defensorem agit, illos prae his laudans dicit Πλαταιεῦσιν δὲ τοὺς παραγενομένους πολίτας ἐποιήσαντο. quod modo dixerat de Messeniis τοὺς διασωθέντας εἰς Ναύπακτον κατῴκισαν, suadet, ut hic

hic legamus περιγενομένους· παρὰ & περὶ crebro misceri, omnibus notum erat, quum contra ea παρὰ pro περὶ legerem p. 315. D. ἐπειδὰν, inquit, περὶ τὴν τελευτὴν ὦσι τῆς ἀπολογίας. παρὰ τὴν τελευτὴν, licet alio sensu, dicit *Lucianus* in Tyrannic. §. 1. & alii. sed iam περὶ rectum esse existimo. Noster in fine *Panegyrici* p. 80. B. ὁ τὴν αὐτὴν δὲ τυγχάνω γνώμην ἔχων, ἔν τε τῷ παρόντι καιρῷ, καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ λόγου, *in orationis principio*. Ceterum post haec scripta video περιγενομένους hic etiam legere & pluribus adfirmare *Hemsterhusium* in Observ. Misc. Vol. VII. P, 324.

In Orat. *de permutatione* p. 315, A. ὅτις — ἀναγκασθήσεται λέγειν ἅπερ ἐγὼ νῦν πρὸς τοὺς μέλλοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ψῆφον διοίσειν. Quid illud περὶ αὐτοῦ? an expungendum? in versione est omissum; nec, si abesset, quis desideraverit. An διοίσειν hic legitimum est? Contendamus quae paulo post in hac oratione legimus. p. 316. A. περὶ ὧν οἴσετε τὴν ψῆφον, ἤδη πειράσομαι διδάσκειν ὑμᾶς. p. 320. D. scribit, pulcherrimam hanc & iustissimam ducere se esse ἀπολογίαν, ἥτις εἰδέναι ποιεῖ τοὺς δικάζοντας, ὡς δυνατὸν μάλιστα, περὶ ὧν τὴν ψῆφον οἴσουσι. & ib. E. ὥστ᾽, οὐ δόξαντες, ἀλλ᾽ ὁποῖοί τινές εἰσι σαφῶς εἰδότες, τὴν ψῆφον οἴσετε περὶ αὐτῶν. Hinc iam, *primo* perquam verisimile est, pro περὶ αὐτοῦ *Isocratem* hic scripsisse περὶ αὐτῶν· *secundo* ter locis laudatis dixit φέρειν τὴν ψῆφον· proclive igitur videtur ad existimandum, hic etiam, non διοίσειν, sed οἴσειν legendum. videtur; nec tamen vere ita est. Longe frequentius in hac loquendi formula est simplex φέρειν, rarius compositum διαφέρειν, quod igitur a libra-

rio

rio non exspectes. usurpavit *Herodotus* L. IV. C. 138. Ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ διαφέροντες τὴν ψῆφον. sic & *Dio Cassius* L. XLI. C. 3. πρὶν τὰς ψήφους διενεχθῆναι. vid. etiam *Stephanus* in Thesauro L. Gr. Porro, *Euripides* quoque in uno eodemque dramate simplex & compositum adhibuit; in *Oreste* bis compositum habet v. 49. — διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις. v. 1651. (ed. *Barnes.*) ψῆφον διοίσουσ', ἔνθα νικῆσαί σε χρή. semel simplex v. 440. Ψῆφος καθ' ἡμῶν οἴσεται τῇδ' ἡμέρᾳ. Διοίσειν igitur hic loco non movendum.

In Orat. de *Bigis* p. 352, A. de *Alcibiade* & *Clisthene*, στρατηγήσαντες τῆς φυγῆς κατήγαγον τὸν δῆμον, καὶ τοὺς τυράννους ἐξέβαλον. Ut *redire domum*, vel *in patriam*, apud *Demosthenem*, aliosque, & in hac ipsa oratione p. 349, C. E. p. 350, D. p. 355, D. p. 356, C., sicut in Orat. *Areopag.* p. 153, A. D., dicitur κατέρχεσθαι, & in Orat. *Panegyr.* p. 65, A., & alibi, κατιέναι; ita *reducere domum*, *in patriam*, *in regnum* est κατάγειν. vid. p. 143. A. p. 134. B. p. 121, C., & p. 119. D. Tyndareum regno eiectum καταγαγεῖν dicitur Hercules. Ibi quum paulo ante legerem, Herculis liberos ab Apolline monitos fuisse *in patriam terram abire*, ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἰέναι χώραν, in mentem redibat illud *Suidae* in v. Ἴτω. Ἴτω, inquit, ἰέσθω. ἐρχέσθω. Ἀλλ' ἴτω, χαιρέτω, γῆν πρὸ γῆς, ὅποι βούλοιτο. Nihil ad haec *Lud. Kusterus*, nihil *Io. Toupius* in egregiis Emendat. in *Suidam*. Ubi sedes est huius Ἀλλ' ἴτω — & an locus integer est? Sedes est apud *Iulianum* Orat. VII. p. 211, A. ubi scribit" Iam si quidem quis ex his nobis Cynicam sectam, cuiusmodi sit, ostentare velit, cum Diis maledicens, tum omnes allatrans, quod initio dicebam, ἴτω, χαιρέτω γῆν πρὸ γῆς, ὅποι βούλοιτο. Impera-

tor ibi in proxime antegressis verba facit de *Oenomai* tragoediis, quibus, ut significet, magis eas detestandas esse atque execrandas, quam quae ad *Diogenem* referebantur, contineri ait quae sunt ἀῤῥήτων ἀῤῥητότερα, καὶ κακῶν πέρα, (ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα κακὰ *Demosth.* p. 397, 107. edit. 1570, & *Io. Chrysost.* T. II. p. 563. B.) καὶ, ita pergit, ὅτε, ὅ, τι φῶ περὶ αὐτῶν ἀξίως ἔχω, πὰν τὰ Μαγνητῶν κακὰ —. Atque haec ipsa, quod & monuit *Dionys. Petavius*, usque ad περιφιλοτεχνῆται, etiam, indicto auctore, descripsit *Suidas* in Μαγνήτων κακά. Porro, illud χαιρέτω vitio non vacat. In promtu est χωρείτω vel φευγέτω, quod apud *Alciphr.* Epist. L. II p. 212. ὅπῃ ποτε γῆν πρὸ γῆς φεύξομαι, ubi vide quae adscripsit vir Graece peritissimus, *St. Berglerus*, ut & ad *Aristoph.* Acharn. v. 234, & inprimis locum *Luciani*, ab ipso laudatum. conf. & *Suidas* in Πρὸ γῆς· ubi pro ἀφιέναι. l. ἀπιέναι. Sed nulla ferme mutatione, & una tantum litera auctius, legas licet χ' αἱρείτω *& occupet. Hesych.* Αἱρείτω· λαμβανέτω. — Deinde καλάγειν ἀπὸ τῆς φυγῆς (ἀπὸ addendum) τὸν δῆμον est *ab exilio populum in patriam reducere.* Legitur hoc etiam apud *Philostratum* de vitis Sophist. L. I. in Critia § 3. p. 502. Ἀπέθανε μὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Θρασύβυλον, οἱ κατῆγον ἀπὸ φυγῆς τὸν δῆμον. Sed verè monuit Magnus *Wesselingius* ad *Diodor. Sic.* L. XIV, C. 33, pro ἀπὸ φυγῆς illic scriptum fuisse ἀπὸ φυλῆς, quomodo nempe in hac re solent; in qua etiam frequentatur τὴν φυλὴν καλαλαβεῖν. vid. hic p. 181, B. *Lysias* p. 210. *cet.* Olim in *Dione Cassio* legebatur φυλακὴν καταλαβόντες pro φυλὴν, quod recte est in noviss. edit. T. I. p. 398, 8. ubi & Not. Emendata quoque est haec macula apud

Ly-

Lysiam p. 107. Contrarium paene vitium est apud *Libanium* T. II. p. 318. A. (ed. *Fed. Morelli*) legimus ibi, καὶ τῶν φυλῶν συνεκπλήξει, τῶν (ἀνθρώπων) ἐνιῶν ἐκπηδώντων, satis vitiose, ut in multis: legendum, ut puto, καὶ τῶν φυλάκων, σὺν ἐκπλήξει τῶν ἐνιῶν, vel ἐκ τῶν ἐνιῶν, ἐκπηδώντων. —— Videbatur & olim apud *Isocratem* hic ἀπὸ τῆς φυλῆς esse legendum: Iam, quod vulgatum est, magis arridet. hic res non eadem; in praegressis quoque φυγεῖν τὴν πατρίδα & φυγάδες dicuntur: habemus & p. 153. A. οἱ φεύγοντες κατελθόντες — & supra p. 349. C. ὅσοι φυγάδες κατελθεῖν ἐζήτησαν. addo locum *Lysiae* obiter corrigendum, p. 219, 220. ὀνειδίζων μὲν τοῖς φεύγουσι, ὅτι δι' αὐτὸν κατέλθοιεν· οὐδὲν φροντίζων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων. ὀνειδίζων δὲ τοῖς τῆς πολιτείας μετέχουσι κ. τ. λ. φροντίζων certe corruptum. *Markl.* pro δι' αὐτὸν legit δι' αὐτῶ vel δι' αὐτῶν, & φροντίζοιεν pro φροντίζων. at minus commodum hic prius illud δὲ, posterius respondet ad τὸ μὲν: in mentem igitur mihi pro φροντίζων δὲ venit φροντίζοντες. *Dio Cassius* de Antonio dixit L. XLIV. p. 268. E. φυγάδας τινὰς κατήγαγεν.

P. 360. D in *Trapezitico*, ἐγὼ προσελθὼν ἐζήτουν αὐτόν. Hic ἐζήτουν unice verum. Docet hoc, quod paulo post in eadem re legimus ἐξαιτῶ, quod & in hoc genere vulgatissimum est, ut videbis apud *Wesseling.* in *Diod. Sic.* in Add. & Emend. ad p. 322, 10. ubi ante scripta corrigit, & haec duo saepe inter se permutari, exemplis in medium prolatis, adfirmat. Add. *Iac. Gronovius* V. C. ad *Arrianum* de exped. Alex. p. 22., ubi & ex *Heliodoro* exemplum adfert, cui alterum hoc adstruo, loco nostro simillimum, p. 367 extr. ἐλθὼν εἰς τὴν Ἀρσάκην ἐζήτει τὰς νέας ξένους.

ται. imo ἐξήτει, quod & pro ἐξήει leges p. 365, 20. In Graeca *Psalmorum* versione secundum exemplar *Vaticanum* legimus Ps. xxxix. 6, ὁλοκαύτωμα καὶ περὶ ἁμαρτίας ὐκ ᾔτησας. in Cod. *Alexandr.* habemus ἐζήτησας. Scripserat Interpres ἐξῄτησας.

P. 393. D. in *Aeginetico*. ἐκ ποίας δ' ἂν οἰκίας ἴδιον υἱὸν εἶδεν αὑτῷ κατὰ τὺς νόμυς εἰσποιηθέντα μᾶλλον, ἢ ταύτης —; Hic eadem, quam in superioribus observabamus, confusio in η & ι: pro ἴδιον enim legendum ἥδιον, ut monuit *Valcken.* ad *Herodot.* p. 171, 36. pleonasmum vocis μᾶλλον comparativis iunctae, qui adeo hic est in ἥδιον μᾶλλον; non spreverunt alii, nec refugit *Isocrates*, velut p. 317. C. πολὺ ἂν μᾶλλον δικαιότερον ἐπιεικὴς εἶναι δοκοίην. p. 134. C. πολυ γὰρ κρεῖττον ἐν ταῖς δόξαις, αἷς ἔχομεν, τελευτῆσαι τὸν βίον, μᾶλλον ἢ —. & p. 138, B. πολὺ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον μεγάλυ καιρῦ τιμὴν ἀνταλλάξασθαι, ἢ —. Opportune hoc admoveris ad *Paulinum* illud *Philipp.* I. 23, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. Si unus aut alter codex suffragaretur, pro ἔχων in nobili loco legerem ἔχω, & incisa 23, & 24, ita interpungerem. Συνέχομαι γὰρ, vel potius δὲ, addicentibus scriptis libris, ἐκ τῶν δύο. Τὴν ἐπιθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν χριςῷ εἶναι· πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. Τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. Verum omnium MSS. consensui in ἔχων obniti nolo. potest & hoc, subaudito verbo substantivo εἰμὶ, in eundem sensum intelligi: *habeo desiderium recedendi.* Ita nimirum participia apud Graecos & in his libris aliquando ponuntur. vid. *Eustath.* ad *Hom.* Il. p. 714. (ed. *Rom.*) nec non Praeclari viri, *L. Bos* Exerc. in 2 Cor. X. 12, 13, & *G. Raphel.* Annot in *Act. Apost.* XXIV. 5.

Atque haec δείγματος ἕνεκα. AD-

ADDENDA.

Vix dum haec typis expressa erant, cum ad me perfertur Volumen primum editionis *Londinensis*, & editio *Parisiensis*. Ne minimam quidem moram interpono, quin utramque de iis, quae scripsi, in consilium adhibeam. Incassum quidem hoc in nonnullis cadit, quaedam tamen deprehendo adnotata & emendata, de quibus & ego monui; quae quominus hic significem, committere non possum. Scribit Editor Parisiensis, *Athan. Auger*, in praef. p. IX, se omnes fere locos, quos *Harpocratio* citat & explicat, accurate exscriptos, vel in ipso textu inter notas, vel in Graeco indice retulisse: addit & esse quasdam locutiones & verba, quae ille annotat tanquam quae compareant in Orationibus Isocratis nunc extantibus, quae tamen nullibi comparent, exempli causa ἀγωνιᾶν pro ἀγωνίζεσθαι, & ἀγωνιῶντες pro ἀγωνιζόμενοι, alterum in oratione de Antidosi, alterum in Panegyrico; sibi orationem utramque pluries & attentius legenti, neque has ipsas voces, neque harum vestigia occurrisse. Diligenter certe *Harpocrationem* cum *Isocrate* contulit vir Praestantissimus; quasdam tamen Lexicographi adnotationes praetermisit, velut in Αὐθέντης, ad τοὺς αὐτόχειρας καὶ φονέας, in *Paneg.* T. I. p. 240, 4, in Κυρεῖον, ad τῷ Κύρου στρατοπέδῳ, ib. p. 262, 13. adnotationis in Περίσατοι mentionem quidem facit, sed nihil extricat. ad finem nempe Orat.

 de

de *permutatione* T. III. p. 130, haec habet. „ Nota, citari ab Harpocratione partem aliquam phraseos tanquam excerptam ex hac ipsa oratione, quae in ea nullibi occurrit. Sic enim Scriptor ille. Περίσατοι. Ἰσοκράτης περὶ τῆς ἀντιδόσεως θαυματοποιίαις ταῖς οὐδὲν ὠφελούσαις, ὑπὸ δὲ τῶν ἀνοήτων περισάτοις γινομέναις. — Haec phrasis in Oratione περὶ ἀντιδόσεως nullatenus occurrit, neque video, ubi possit collocari". Ad verba in *Archidamo* Τινὰ δὲ τῶν περιισαμένων — T. II. p. 49. monet „ Harpocratio ad vocem περίσατοι dicit, hanc reperiri in Archidamo, quae a me nullibi reperta fuit totam orationem attentius legente. Suspicatus fueram, pro περιισαμένων forte legendum περισάτων, sed nullus inde sensus nitidus contingebat" Verum in aliis comparatio bene cessit. Ex *Harpocratione* igitur in Orat. *Areopag.* τοῖς Ὁσίοις pro ταῖς Θυσίαις (de quo hic vid. p. 83) recte in contextum recepit, *Vatckenarii* non oblitus, cuius & admonitu, in notis in Epist. ad *Philipp.* (vid. hic p. 84.) ex eodem Lexicographo ἠπίστησας pro ἠπείθησας legendum videri scripsit. — Porro, in Orat. ad *Philipp.* (vid. hic p. 87.) praeeuntibus quibusdam Codic. cum Eruditiss. G. *Battie*, ut in notis monet, ἱδρυμένους legit pro ἱδρυμένας: quomodo & *Stephanum* in Thesauro citasse iam video. Hoc, scriptis libris adstipulatus, si probes, mecum tamen, opinor, praeoptabis ἱδρυομένους. possit, fateor, ἱδρυμένους videri esse praesens a singulari ἱδρύμενος, partic. praes. verbi ἵδρυμαι, cuius activum ἵδρυμι, quomodo & *Auger* vertit, *aedificantes.* ad usum tamen si animum attendas, videbis, ἵδρυμαι plerumque adhiberi, tanquam praet.

praet. perf passivi, pro *situm esse*, & in re sacra, *constitutum*, *collocatum*, *dedicatum esse*. Prioris exemplum sit, ut hoc utar, *Strabonis* illud de Caesaraugusta L. II. C. 46, quam diximus, inquit, ἐν τῷ Ἴβηρι ἱδρῦσθαι, *ad Iberum sitam esse*. *Casaub.* ibi ἐπὶ τ. Ἴβ. Verum ἐν ita saepius. Sic L. XIV. p. 991, C. victoriam *ad Philippos* partam dicit τὴν ἐν Φιλίπποις νίκην. pluribus exemplis parco; hoc enim iam non agimus. Posteriore usu *Herodotus* L. II. C. 41. ἐν δ' αὐτῇ Ἀφροδίτης ἱρὸν ἅγιον ἵδρυται, & C. 44. ὁκόσος χρόνος εἴη, ἐξ οὗ σφι τὸ ἱρὸν ἵδρυται: quocirca & C. 42 cum *Valckenario* malim ὅσοις μὲν δὴ Διὸς Θηβαιέος ἵδρυται ἱρὸν. conf. & ad L. IV. C. 149. Noster paulo diversa ratione in *Panath.* p. 251 D. θυσάμενοι τοῖς θεοῖς, τοῖς ὑπ' ἐκείνων ἱδρυμένοις, *Diis, quibus ab iis exstructa sunt altaria*. Illud quoque ἱδρύμενος haud temere reperias. *Dionys. Halic.*, qui & non uno loco dixit ἱδρύεσθαι ἱερά, plane, ut hoc loco ex emendatione nostra, de *Numa* Antiq. Rom. L. II. p. 124, 13. πολλὰ μὲν ἀποδεικνὺς τεμένη τοῖς μήπω τιμῶν τυγχάνουσι θεοῖς, πολλοὺς δὲ βωμοὺς καὶ ναοὺς ἱδρυόμενος. In *Archidamo* (p. 88) πεῖσει mutabam in πεῖσαι, quemadmodum in eadem hac oratione ὡς οὐδεὶς ἂν τῶν ζώντων διὰ λόγων δηλῶσαι, sed in edit. *Londin.* video, *Wolfium* emendasse, πείσῃ vel πείσοι, quorum illud in contextu posuit *Auger*, monens, ita etiam habere duos Codices; quamobrem & ego hoc iam praefero. In sequentibus illud *Valckenarii* με λέγων pro μελετῶν non male legi iussit. Παρακατοικήσωμεν in eadem Orat. (vid. p. 91) non est typorum error. conf. edit. *Londin.* Amplectuntur hoc etiam *Battie*, & *Auger*. Libera optio. Scripsi p. 94,

 in

in Orat. *Areopag.* p. 153, B. forsitan fore qui τὰ pro τοὺς legendum putet. facilis certe in scribendo lapsus, cum τοὺς praecedat & sequatur. At in ed. *Paris.* (ed. *Londin.* hic inspiciendae copia non fuit) expressum lego τὰ, ex ingenio an ex Codd, latet, cum nihil hic notatum sit. In Orat. de *Pace* p. 164 B. (vid. ib.) *Battie* & *Auger* habent βουλευσαμένους. pro επιμέλειαν ed. *Paris.* ἐπὶ λείαν. διατελεῖν in contextu servavit Editor *Paris.*, sed de errore monuit in VV. LL. T. III. p. 412. κενὸν pro καινὸν emendatum. ὑπομονητέον scribit *Auger*, esse ab inusitato ὑπομονέω, addens, forte tamen legendum ὑπομενητέον. ὡς pro ὧν vulgavit, praeeuntibus etiam Codicibus. In *Panathen.* (vid. p. 95, 96.) περιγενομένους iam coniecisse *Wolfium*, ex ed. *Londin.* video, quod & probant *Battie* & *Auger*. in edit. Basil. *Isingr.*, quam iam nactus sum, p. 237 in margine etiam legitur περιγενομένους. In Orat de permut. (vid. p. 96.) ad περὶ αὐτοῦ haec notat *Auger* „ intellige vel περὶ τούτου πράγματος, vel περὶ ἐμαυτοῦ" - si hoc, potius αὑτοῦ vel ἑαυτοῦ, quod & mihi aliquando in mentem venit, scribendum. In *Aegin.* (vid. hic p. 100.) utraque editio pro ἴδιον habet ἤδιον, nulla alterius lectionis mentione facta. — Ceterum, adde iam, si placet, p. 80. v. 28 post *persentisces*. Ad haec accedit, quod sententia non tantum, sed & dictionis color est *Isocrateus*. Sic in *Panath.* de *Agamemnone* p. 248, C. εἰς ὁμόνοιαν δὲ καταστήσας, τὰ μὲν περιττὰ τῶν ἔργων, καὶ τερατώδη, καὶ μηδὲν ὠφελοῦντα τοὺς ἄλλους, ὑπερεῖδε, & ib. D. scribit, eum post expeditionem longe praestantissimam

re-

& utilissimam non ita esse celebratum, ut merebatur, διὰ τὺς μᾶλλον ἀγαπῶντας τὰς θαυματοποιίας τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ τὰς ψευδολογίας τῆς ἀληθείας. P. 83, 2 ante *Permiscentur*, hoc, si tanti sit, adiice. At forsan ipsi obversatum illud *Panathenaici* p. 248, C. στρατόπεδον. συστήσας ἐπὶ τὺς βαρβάρυς ἤγαγεν. P. 85, 10 lege ἐν τῷ Πανηγ. & ib. v. 15. post ἀγωνιζόμενοι subiunge. Haec iam scripta non retexo, infitias tamen non eo, φιλοτιμύμενοι in Orat. de *permut*. habere quo adblandiatur. ad mentem *Isocratis* bene respondet, & apte refertur ad id, quod haec ingressus scripsit p. 328, D. (in *Paneg*. p. 57, E.) Ἀεὶ μὲν ὖν, οἵθ' ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς ἀλλήλυς φιλοτίμως εἶχον. P. 88, 5 male operae ὅσον pro ὅσοι, & v. 8, 23 pro 33. — Haec ubi adnotaveram, e libris *Hemsterhusii* filii, haud ita pridem Hagae Comitum distractis, in manus meas pervenit *Isocrates*, forma octuplicata, quibusdam Parentis notulis instructus. Hic in Orat. ad *Philipp*. ad vocem κοινοτέραν, quam ego mutabam in οἰκειοτέραν (vid. hic p. 87.) in margine scriptum lego, „ Pro κοινωφελεστέραν". Quamvis meae me coniecturae non poeniteat, Magni tamen praeceptoris iudicio quam plurimum tribuo. κοινὴν ὠφέλειαν habes p. 62, C. pag. seq. 85, A. legimus ἀγαθόν τι κοινόν, & ib. C. κοινῇ χρήσιμον. Ita si intelligas κοινοτέραν, recte etiam sequetur, ὐδὲ μᾶλλον ἡμῖν ξυμφέρυσαν. Ad cetera nihil adscriptum reperi, nisi quod in *Paneg*. (vid. hic p. 95.) etiam pro κατηγορεῖν legendum moneat κακηγορεῖν.

HENR. IOAN. ARNTZENII,
ANTECESSORIS TRAIECTINI,
OBSERVATIONVM SYLLOGE.

CAPVT I.

De parricidii apud Romanos poena multa quidem copiose disputarunt iuris nostri Interpretes, sed tamen in promtu sunt quaedam, quae ad veri perspicientiam adhuc in deliberationem calere posse videantur. Etenim, qui primam civitatis Romanae formam duxit, Romulus parentum caedem ab omni humanitate ita alienam duxit, ut facinoris inmanitatem lege coercendam, aut vindicandam haud fuerit arbitratus, in eo quidem non diu post Solonem nactus consentientem, teste *Diogene Laertio* I. 59. & *Cicerone* pro Rosc. Amerin. cap. 25. quod enim in quibusdam Romuli Numaeque legibus *paricidium* dicitur, est *paris*, sive cuiusque hominis liberi caedes; πᾶσαν ἀνδροφονίαν dixit *Plutarchus* Romul. p. 32. Postquam vero secuta cum vicinis commercia Romanos docuissent, parentum posse caedem committi, ipsi

ipsi id facinus tum lege, tum vero etiam singulari poena culei coercuerunt, & eo quidem tempore magis ad incutiendum terrorem, quam perpetrati criminis exemplo. Hanc vero culei poenam opinantur plerique demum inventam, ex quo L. Ostius, A. V. DC., hoc admisisset, fidemque petunt ex Epitomes *Livianae* Auctore, Epit. LXVIII. memoriae tradente, Publicium Malleolum fuisse primum, qui, culeo insutus, fuerit in mare praecipitatus. Huic vero testimonio quamvis adstipulentur homines eruditissimi, eosdem tamen male habet, quod *Modestinus* in L. 9. pr. D. de Leg. Pomp. de parricid. culeum *mori maiorum* tribuat, locutione hac usus, antiquissimo tantum tempori propria, & ad annum Vrbis sexcentesimum, sive Ostii aetatem, parum adcommodata. Multum inde in eo elaborarunt, ut nodum tollerent, parum tamen feliciter, ut arbitror. Alia igitur via ingrediendum suspicor, qua ad veritatem dux sit *Valerius Maximus* I. 1. ex. 13. *Tarquinius Rex M. Tullium Duumvirum, quod librum secreta civilium sacrorum continentem — describendum dedisset, culeo insutum in mare abiici iussit, idque supplicii genus multo post parricidis lege inrogatum est.* Similia habet *Dionysius Halic.* IV. p. 260. nisi quod hominem *M. Attilium* adpellat. Distare tamen a *Valerio Dionysium* in eo quoque contendunt, quod ille ob *descriptum sacrorum librum*, hic vero ob *parricidium* refert punitum. Hoc sane expeditu difficile, praesertim si culeum XII. Tab. tribuas. Ampl. *Otto* Praefat. ad T. IV. Thes. iur. p. 13. *Dionysii* πατροκτόνῳ

de

de homine in Deos, patriamque inpio accipit, qualem censet, qui ex libris Sibyllinis sacrorum secreta describenda dederat. Sed neque patitur hoc linguae usus, neque ipse *Dionysius*. Ecce enim; pravane verborum interpunctio eos deceperit, qui utrumque Scriptorem diversa tradidisse adfirment? Ita legitur: Μάρκον Ἀτύλιον — μηνυθέντα ὑφ᾽ ἑνὸς τῶν δημοσίων ὡς πατροκτόνον, εἰς ἀσκὸν ἐρράψας βόειον ἔρριψεν εἰς τὸ πέλαγος. Interpres Latinus: *M. Attilium*, — *ab uno ministrorum delatum parricidii, in bubulum culeum insutum proiecit in mare.* Nihil discrepat *Hudsonus.* At vero, tu vide, interpungendumne sit? τῶν δημοσίων, ὡς πατροκτόνον εἰς ἀσκὸν ἐρράψας, κ. τ. λ. ita ne hominem quidem parricidii *delatum*, aut adcusatum dicit, sed culeo insutum tamquam parricidam, id est, eadem poena adfectum, qua postea, & *Dionysii* aetate parricidae. Nihil itaque aliud significant aut *Valerius*, aut *Dionysius*, quam culei poenam Tarquinii tempore iam fuisse adhibitam, non in parricidas; de his enim legem nondum fuisse latam censeo; sed in quovis extra ordinem crimine, & ob violatam in primis religionem, quod ostendit *Wielingius*, V. C., ad *Chassenaei* Paratitl. p. 301. aut ob aliud crimen gravius, in quo reos fuisse submersos quacumque ratione docet *Livii* locus I. 51. in fin. de Turno: *Ut novo genere leti, deiectus ad caput aquae Ferentinae, crate superne iniecta, saxisque congestis mergeretur.* His finitimum est, ut inquiram, quando igitur lege, & culeo facinus tam inmane fuerit vindicatum; in quo quidem testem me habere puto eumdem *Va-*

le-

lerium: *idque*, inquit, *supplicii genus multo post parricidis lege inrogatum est*; ita ex Codd. consensu recte edidit *Torrenius*, pro *Aldina* lectione, *non multo post*, in quo iam facem praetulerat *Cuiacius* ad *Paulli* Sentent. V. 24 §. 1. At qua *lege* hoc inrogatum? non alia, nisi XII. Tabulis, & hoc iam viderunt *Rittershusius* ad XII. Tab. Class. II. Cap 11. *Otto* Praef. ad T. IV. Thes. iur. p. 13. hanc per excellentiam dici *legem* norunt tirones; neque tamen mihi tempero, quin *Senecae* auctoritatem adhibeam Controv. I. 2. *Miraris in hac civitate misericordiam, in qua lex absolutionem dat paribus tabulis*; adhibeo autem ideo, quia eodem usus est *Noordkerkius* de Leg. Petron. Cap. 2. §. 7. ut Minervae, quem vocant, calculum XII. Tab. introductum apud Romanos significet, *Dionysii* tamen *Halicarnassensis* non memor, ubi de Marcio damnato, lib. VII. p. 469. διὰ τὴν ἰσοψηφίαν ἀπελύετο ἄν, ὥσπερ ὁ νόμος ἠξίω· consueto enim more, & per excellentiam ὁ νόμος, non aliae sunt, quam Decemvirorum leges. Ex his itaque colligo, culei poenam, regnante Tarquinio in quibusdam criminibus iam cognitam, post eiectos vero Reges consuetudine servatam, Decemvirorum lege parricidio factam fuisse propriam, ideoque, vulgato ICtorum more loquendi, a *Modestino moribus* tribui. Sed nondum res est confecta: gravior enim superest nodus, ab iis iniectus, qui culeum in hoc crimine primum esse inventum, postquam L. Ostius parricidium commisisset, non quod ipse hac sit poena punitus, sed, qui post eum huius

fa-

facinoris reus fuit, P. Malleolus, ita ut, postquam Ostii exemplo didicissent, facinus illud in hominem cadere, poenam adeo gravem tum demum sanxerint, primaque vice in Malleolo sint exsecuti. Videamus, quo id iure adfirment; adfirmant autem ob *Ciceronis* testimonium pro Rosc. Amerin. Cap. 25. & Auctoris Epitomes *Livianae* LXVIII. sed si dixerim, utrumque ad caussam, cui patrocinantur, parum iuvare instruendam, dixerim id, quod verum est. Ita *Cicero*: *qui* (maiores) *cum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitaverunt.* Quid ais? Vtrum hoc adfirmat *Cicero*, poenam demum constitutam esse, cum perpetratum esset parricidium, ab Ostio scilicet? non puto; mihi magis significare videtur, maiores, id est Decemviros, cum facinus illud apud alias gentes fieri cognovissent, id supplicium, Romanis non incognitum, ad hoc crimen adcommodasse, & eo quidem consilio, *ut*, quod significantius addit *Tullius*, *quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii magnitudine poenae maleficio submoverentur.* Non alia igitur supplicii apud Decemviros fuit ratio, quam ut poenae magnitudo cives deterreret, quo minus id perpetrarent. Ad rem *Dositheus* III. § 16. ἔδειξαν οὖν ὑπόδειγμα τιμωρίας, ἵνα μᾶλλον φοβηθῶσιν οὕτως ἀνόσιον ἔργον ποιῆσαι· ita, quae in Cod. corrupta erant, restituit *Goldastus*, & recte, cum etiam ita legantur in MS. Bibliothecae *Lugduno Batavae*, cuius excerpta sunt descripta mihi ad manum: eumdem ex Glossario locum citat *Schot-*

Schottus ad *Senecae* Controv. III. p. 614. sed male illic ἔδειξα. At vero Epitomes *Livianae* Auctorem audiamus, in cuius testimonio maior difficultas, a *Dukero* visa, sed non sublata; *Publicius*, inquit, *Malleolus*, *matre occisa*, *primus insutus culeo*, *in mare praecipitatus est*. Si primus iste sit insutus, qui tum XII. Tab. hanc poenam tribuas? utique enim tum Ostius iam ante eadem fuisset plectendus, neque primus ea adfici potuit Malleolus, aetate Ostio posterior. Sed nondum a sententia dimoveor, si modo res iuste describatur. Culeum sanxerant in eum Decemviri, qui patrem occiderat; eoque Ostium fuisse insutum non dubitaverim. De occisa autem matre nihil erat cautum, praesertim in civitate, qua tanta erat mariti in uxorem familiamque potestas. Erat tamen matrem inter & filium naturae vinculum, neque huic minor, quam patri, pietas debebatur; aequum igitur fuit visum, ut ad Malleolum, matris percussorem, quoque ex Legis mente poena extenderetur, neque aliam puto esse rationem, quare Epitomes Auctor addiderit, *occisa matre*, significaturus, non fuisse primum Malleolum, qui culeo fuerit insutus, sed primum ob caedem maternam. Huc pertinent *Vlpiani* verba in L. 4. D. de Curat furios. *Pietas enim parentibus*, *etsi inaequalis est eorum potestas*, *aequa debebitur*.

Quae de supplicii forma, folliculo lupino, soleis ligneis, virgis sanguineis, curru, bubusque nigris dici possent, adcurate tradidit *Ramos* in Tribon. p. 64. rationesque dedit *Turnabus* Advers. XIII. 13. haec, quamvis in iuris li-

libris omissa, non videntur fuisse abrogata, aut, quod *Ramos* putabat, per incuriam neglecta, sed veram rei caussam dedit Adfinis meus, *Herm. Cannegieter* Observ. iur. III. 12. Vt autem culeus erat saccus ex corio taurino, & quidem recenti, ne facile aqua penetraret; ita Lanuvii optimos fuisse confectos suspicor ex *coleis Lanuvinis* apud *Ciceron.* ad Diversf. IX. 22. ubi *Gronovius*. Μολγὸν dicunt Graeci. *Dositheus* Magister III. §. 16. quo in loco quamvis ex Cod. variantes dederit *Goldastus*, *Schultingianae* tamen editioni conveniunt MS. *Leidensis* excerpta. Ἀσκὸν quoque βόειον dixerunt, *Hesychius* in Μολγός, unde feliciter ἀσκῷ pro ἀζκῷ Glossis Nomicis restituit *Roverus* ad Gloss. Nom. p. 117. ex eo autem formatum est *Suetonii ascopera*. in Claud. 45. de quo *Rittershusius* ad XII. Tabb. Class. II. Cap. 11. huc quoque refer δέρμα βόειον in *Cedreni* Comp. Histor. p. 161. quae opinionem *Marcilii* ad XII. Tab. cap. 81. refellunt, ex corio lupino aliquando culeum fuisse; hoc enim folliculo est convenientius; aeque minus ex sparto fuit, in modum aeronis, pice & bitumine oblitus, quod tradit *Turnebus* Adverf. XXVIII. 5. sed, ut mihi videtur, secutus *Isidori* Glossarium, quo haec leguntur: *Culleus, tunica ex sparto in modum crumenae facta, quae linebatur a populo pice & bitumine.* neque *Rittershusium* illic *a publico* emendantem, idque a carnifice exponentem probo, aut *Matthaeum* de Crimin. p. 581. interdum culeum ex sparto, interdum ex bovino corio fuisse scribentem, constan-

ſtanter enim *taurinum corium* memorant veteres, *tergum bovis Iſonis* Magiſtri Gloſſae ad *Prudentium* Periſt. II. 457 *corium* ſimpliciter *Iſidorus* Origin. V. 27. quae cuncta a ſparto maxime ſunt aliena. Quanto igitur magis probanda *Casauboni* ſententia ad *Sueton.* Auguſt. 33. & *Lipſii* ad *Senecae* Epiſt. 14. in *Iſidori* Gloſſario culeum, & ſparteam tunicam, qua induebantur igne cremandi, fuiſſe permixtam; quae enim ad defendendum Gloſſarii Auctorem adtulit *Rittershuſius* ad XII. Tab. Claſſ. II. Cap. 11. parum iuvant. Tunicam illam *culeum* quoque dixerunt, ob ſacci formam, uſu a vagina deſumto, quae Graecis κολεὸς, Ionibus κουλεὸς; in utraque voce vide *Heſychium*, & *Pollucem* Onomaſt. I. 136. X. 144. alia, etiam qui ex *Iſidori* Gloſſis emendandus ſit *Iuvenalis* Scholiaſta Satyr. VIII. 235. olim dedi ad *Arator.* de Act. Apoſt. I. 741.

Eumdem illum culeum in ſua de ſicariis lege retinuit Cornelius Sylla, cuius etiam caput de parricidiis fuiſſe recte contendunt *Matthaeus* de Crimin. p. 581. *Herm. Cannegieter* Obſ. iur. III. 13. quod vero *Wybo* in Tribonian. Cap. 7. §. 11. potius aquae & ignis interdictionem Syllae pro culeo placuiſſe in parricidis ſtatuit, non probo; ea fuit ſicariorum poena; & *culeum* memorat *Cicero* ad Quint. fratr. I. 2. §. 2. quae epiſtola quinquennio ante legem Pompeiam, id eſt, cum lex Cornelia uſu adhuc obtinebat, fuit ſcripta. Neque hinc etiam eſt neceſſaria *Noodtii* criſis, Prob. I. 11. qua in L. 1. D. de Leg. Pomp de parricid. pro *quae eſt Legis Corneliae de ſicariis*, ſubſtituit *de parricidiis*;

 uni-

universa enim *sicariorum* adpellatione parricidas quoque complexus est, sive Sylla, sive ICtus; etenim de utroque eadem lex agebat, diverso quamvis capite, sed a potiori facta legis descriptio.

Amplificavit Syllae legem Pompeius, alios *parricidii* quoque nomine complexus, vid. L. 1. pr. D. de Leg. Pomp. de parricid. culeo eum praeterea canem, & gallum gallinaceum addidisse scribit *Colerus* Parerg. iur. cap. 3. suspicor, de serpentibus idem putasse *Coleri* discipulum, *Goldastum* ad *Dositheum* III §. 16. cum haec animalia in poena parricidii culeo addita fuisse probet ex *Plutarcho* in Gracch. p. 834. A. ubi de C. Villio, Gracchanis temporibus occiso: εἰς ἀγγεῖον κατείρξαντες, καὶ συνεμβαλόντες ἐχίδνας καὶ δράκοντας, οὕτω διέφθειραν. sed ibi ἀγγεῖον magis est cavea, aut vas, quam culeus; & quamvis huc referre velles *vasculum parricidale* apud *Isidorum* Orig. V. 27 tamen non parricidii, sed gravissimae coniurationis reus fuit Villius, poenaque magis extra ordinem, quam ex lege adfectus. Adde, legis Pompeiae poenam inde probari non posse, cum illud Villii factum lege illa sit prius; nec animalia, si addidisset Pompeius, praetermissurus fuisset *Cicero*, in describendo supplicio studiose versatus, cum pro Roscio Amerino diceret, praesertim cum inde poenae extollendae haud dubie occasionem adripuisset, invidiam inde Roscii adversariis, praesertim Chrysogono, quaesiturus. Scio, *Iustinianum* animalia Pompeio tribuere, §. 6. I. de Public. iudic. sed eo more, quo legi priori adscribantur, quae postea demum

sint

sint addita. Quae *Voetius* ad D. de Leg. Pomp. de parricid. §. 2 tradit, tanti non sunt, ut hic redarguam. Potius itaque animalia illa Imperatorum aetati debentur, forte ob facinus frequenter commissum poena exasperata; Claudium saltem plures intra quinquennium culeo insuisse, quam omnibus ante seculis factum fuisset, tradit *Seneca* de Clement. I. 23. *Serpentes* Neronis aevo Idem habet d. l. I. 15. adde Controv. V. p. 462. *simiam Iuvenalis* Sat. VIII. 212. XIII. 155 *gallum*, & *canem Dositheus*, *Ulpiani* sub Alexandro Severo aequalis, III. §. 16. & postea *Modestinus* in L 9. pr. D. de Leg. Pomp. de parricid. Qui bina haec animalia Constantino tribuunt, eos iure explodit *Gothofredus* ad L. unic. C. *Theodos.* eod.

Culeum retinuit Hadrianus, si proximum esset mare; sin remotius, bestiis hominem obiici iussit, auctore *Modestino* d. l. 9. id de vilioribus accipio; honestiores magis igne exusti, quo pertinere videtur *Paullus* Sentent. V. 24. & *Luciani*, sub Antonino scribentis, verba Mort. Peregr. p. 575. Ed. *Graev.* τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ, ἐ μόνον Ἡρακλέȣς καὶ Ἀσκληπιȣ̃, ἀλλὰ καὶ ἱεροσύλων, καὶ ἀνδροφόνων. nihil erat, quod interpretem Latinum, vocem ultimam per *parricidarum* vertentem, notaret *Fornerius* Rer. quotid. I. 17. tamquam in parricidio ignis poena apud Romanos fuisset incognita. Vetus vero supplicium revocavit Constantinus, neglecto Hadriani de mari proximo discrimine; ex animalibus tamen *serpentes* tantum memorantur, L. unic. C. *Theodos.* de Parricid. reliqua in Cod. *Iustinianeo* sunt addita, etiam in Institu-

tionibus, loco tamen a Librariis adfecto, de quo egi ad Panegyricum Incerti Maximian. 7. 2.

CAPVT II.

Perstringam hoc capite unam alteramve ex regiis Romanorum legem, locumque quidem priorem illi dabo, qua Sabinarum virginum, ex raptu ductarum, animos delinire studuisse mihi videtur Romulus, collato in feminas honore, quo aliis essent ornatiores; una enim cum Tito Tatio, in Vrbem recepto, quaedam sanxisse Romulum, & quidem de matronis narrat *Plutarchus* Romul p. 30. Ἄλλα μέντοι πολλὰ ταῖς γυναιξὶν εἰς τιμὴν ἀπέδωκαν, ὧν καὶ ταῦτά ἐστιν. ἐξίστασθαι μὲν ὁδοῦ βαδιζούσαις, αἰσχρὸν δὲ μηδένα μηδὲν εἰπεῖν παρούσης γυναικὸς, μηδ᾽ ὀφθῆναι γυμνὸν, ἢ δίκην φεύγειν παρὰ τοῖς ἐπὶ τῶν φονικῶν καθεστῶσι, φορεῖν δὲ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν τὴν καλουμένην βοῦλλαν, ἀπὸ τοῦ σχήματος ὅμοιον πομφόλυγι περιδέρραιόν τι, καὶ περιπόρφυρον. Posteriora vertit Interpres; *earum liberos gestare bullam ex figura & similitudine colli ornamentum*: interpretari malim: *collare aliquod, quae bulla dicitur, ex figura simile bullae aquaticae.* Est enim πομφολυξ *bulla*; πομφόλυγες sunt φλυκταινώδεις. δῖναι apud *Aristophanis* Scholiasten Ran. 250. conf. *Suidam* in V. numerantur quoque inter ornamenta Graecorum muliebria apud *Pollucem* Onom. V. 101. VII. 95. ubi *Aristophanis* fragmentum adhibet ex Thesmophoriazusis, quas esse posteriores iudicant *Casaubonus* ad *Athenaeum* l. 23. *Alberti* Observ. Philol. p. 349.

349. *Pierſonus* ad *Moerid.* p. 302. περιδερραιὸν autem eſt *collare*; *Heſychius* in V. interpretatur περιτραχήλια ἢ ἐνώτια; Atticis vocem tribuit *Moeris*, reliquis περιτραχήλια, ubi *Pierſonus*. adde *Suidam* in V. & nominis rationem ex Etymologico M. in Notis ad *Pollucem* V. 56. — Legi ſanctionem addit *Merula* de Legib cap. 4. §. 2, ut, qui de via non deceſſiſſet, obſcoeni quid protuliſſet, aut ſe nudum conſpici fuiſſet paſſus, *criminis capitalis reus haberetur.* Vnde haec hauſerit, ignoro; ſuſpicor tamen, pravam *Plutarchi* interpretationem ipſum decepiſſe in verbis, δίκην φεύγειν παρὰ τοῖς ἐπὶ τῶν φονικῶν καθεστῶσι; neque etiam haec ſatis recte Latinus expreſſit Interpres per *cauſſam dicere.* Ecquis, quaeſo, fuiſſet honos, ne cauſſam dicerent? Vertendum fuiſſet, *ne adcuſarentur*; ita plebeii φεύγειν δίκας ὑπὸ τῶν πατρικίων dicuntur apud *Dionyſ. Hal.* VII p. 457. quam notionem duobus *Plutarchi* locis confirmat *Perizonius* ad *Aelian*, V. H. XIII. 42. addita ratione, quia iudicium fugiunt rei, & horrent. Itaque Gloſſae Nomicae: Ῥέυς. ἔνοχος. ἐναγόμενος. φεύγων. — Eum mulieri honorem praeſtandum voluit Romulus, ut obviae de via decederent. At qui? privati? immo vero is tantus non erat, ut lege opus eſſet. Quid igitur? Vt puto, Rex, aliique honoribus ornati, quod libera Rep. ſervarunt Magiſtratus. Lictoribus itaque, Regi, aut Magiſtratibus praeeuntibus matronas ſubmovere nefas erat, quo has a meretricibus diſtinctas fuiſſe notat *Lipſius* Elect. II. 23. Sed ut veram legis ſententiam capiamus, advocandus

eſt Feſtus in *Matronae*: *Matronae*, inquit, *a Magiſtratibus non ſubmovebantur*, *ne pulſari contrectarive viderentur*, *neve gravidae concuterentur*. *Sed nec viri earum*, *ſedentes cum uxoribus in vehiculo*, *deſcendere cogebantur*. Cum autem matronis honor praeſtitus ex illo Sabinarum, & Romulea lege ſit derivandus, & *matronarum*, *gravidarum*, & *uxorum* meminerit. *Feſtus*, *Plutarchi* γυναικὰς, Romulique legem de nuptis tantum accipio, non de quibuscumque feminis; id poſtulat legis ratio ex raptis Sabinis ducta, praeterea *liberorum* in eadem mentio, & denique confirmat alius *Plutarchi* locus in Num. p. 77. A. quo honor ille ταῖς γαμεταῖς conceſſus dicitur. Haec obſervatio neglecta fraudi illis fuit, qui morem, quo Veſtalibus de via decedebant Magiſtratus, ad hanc quoque legem referunt; nulla enim in iis ex matrimonio poteſt ratio ſtatui, honorque magis ex ſacerdotii iure, & dignitate profluxit, cum & ſuum ſibi haberent lictorem, teſte *Plutarcho* in Num. p. 66. E. unde etiam Magiſtratus, ſi de via decedere non poſſent, Veſtali faſces ſubmittebant, non autem matronis. Conf. *Lipſium* Elect. II. 23. & *Nadalium* Hiſt. Veſtal. cap. 2. — Prava praeterea locutionis δίκην φεύγειν interpretatio quosdam in hanc perduxit ſententiam, ut ex Romuli lege Praetoris Edictum derivaverint, quo feminas pro aliis poſtulare prohibuit, ne contra verecundiam, ſexui congruam, alienis ſeſe cauſſis inmiſcerent. L. 1. §. 5. D. de Poſtuland. tamquam Legis Romuleae inſtitutum, tempore neglectum, re-

revocaverit Praetor, confirmaveritque. Id a Praetore non fuisse inventum largior, sed ipsam magis rem ex Numae instituto fluxisse suspicor, nolentis, uxorem sine viro de rebus etiam necessariis quid dictoram, unde cum in foro pro se caussam dixisset mulier, Deos consuluit Senatus, ecquid mali id Reip. portenderet. *Plutarchus* in Num. p 77. B: neque hoc neglexit *Leyserus* Medit. ad ff. Specim. LI. n. 7. — Denique bullam, quam liberi praesertim ingenui, postea gesserunt, fuisse auream, docebit *Livius* XXVI. 36. 5. praeterea concavam, & rotundam, non, quod quidam opinantur, cordis instar, sed ad bullae aquaticae similitudinem, ut ostendit forma apud *Begerum* Thes. Brandenburg. T. III. p. 360. & 427. & *Sponium* Miscell. Erud. antiq. p. 299.

Hanc Romuli legem excipiat altera de Patronorum & Clientium iure, data plebeiis optione, quem sibi ex Patriciis patronum vellent, ut velut quodam vinculo sibi invicem constringerentur, in quo eum Atheniensium & Thessalorum morem fuisse secutum scribit *Dionysius Halic.* II. p. 84. illi enim Θῆτας, hi Πενέστας habebant, nomine diversos, re pares. Scilicet Θῆτες erant civium infimorum loco, ad conciones quidem & iudicia admissi, Magistratuum vero expertes, quo exemplo plebeios a Rep. removit Romulus; πενέσται autem erant servi, non natalibus & genere, sed bello capti, unde *Theopompum*, hac voce abusum, reprehendit *Athenaeus* Deipnos. VI. 18. adde *Valckenaer*. Diatrib. ad *Euripid.* reliquias

cap. 20. p. 216. *Ammonio* in V. Πελαστὴς est Penesta, ὁ κατὰ πόλεμον χειρωθεὶς, ut pro δωρηθεὶς recte substituit *Valckenaerius* Anim. III. 8. & confirmat *Harpocration* Lexic. p. 139. his autem pares erant Lacedaemoniorum Εἵλωτες, sive ab ἕλει adpellati, sive quod ita dicebantur οἱ πρῶτοι χειρωθέντες τῶν Ἕλος τὴν πόλιν οἰκούντων, quo pertinent Scholia *Thucydidea* l. c. 101. & *Harpocration* in Πενέσται, usus quoque *Demosthenis* loco ex Oratione adversus Aristocratem, cui similis in *Demostheneis* non occurrit, sed in Auctario ad *Vlpiani* enarrationes ex Cod. *Lutetiano* p. 341. idque scholion, *Harpocrationis* tempore, pertinuisse videtur ad ἱππεῦσι πενέσταις in Orat. adv. Aristocr. p. 457. locus vero *Xenophontis*, quem ex τρίτῳ Ἑλληνικῶν habet *Harpocration*, legitur II. p. 273. 43. Ab utroque autem Graecorum genere transtulit Romulus, ut agros colerent, remque facerent pecuariam plebeii, sed meliori conditione; plebeii enim erant liberi, neque servilis conditionis, θῆτες liberi quidem, sed ad viliores saepe operas mercenarii, eoque servis propiores, quod in operis tardiores plagis & verberibus possent coerceri, ut testatur *Dionysius* d. l. & confirmat *Perizonius* ad *Aeliani* V. H. III. 11. ideo θῆτας, & πελάτας, sive, ut est in MS., πενέστας esse ἐλευθέρων ὀνόματα, διὰ πενίαν ἐπ' ἀργυρίῳ δουλευόντων tradit *Pollux* Onom III. 82. Penestae autem in opere rustico faciendo, quod illis tribuit *Hesychius* in V., plebeiis Romanorum, & clientibus erant pares, sed tamen in eo diversi, quod servi erant; denique εἵλωτες medii servos

vos inter & liberos, apud *Pollucem* Onomast. III. 83. quod *Meursius* Miscell. Lacon. II. 6. exponit, quia dominis illos manumittere, aut extra regionem vendere haud licuit. — Quae mutua clientibus, & patronis officia, iuraque praescripserit Romulus, descripte tradit *Dionysius* II. p. 84. quaedam tamen mihi non satis expedita videntur, de quibus iam non disputo. Hoc adtingam, debuisse pro clientibus patronos iudicium subire, caussamque sustinere. At qui id fieri potuit in civitate, qua ambo litigantes in iudicio praesentes esse debebant? ita ut nec morbus, neque maior aetas excusaret, teste *Gellio* N. A. XX. 1. neque alter pro altero iudicium subire potuit, quamdiu cognitores, & postea procuratores nondum essent admissi. Si dicas, Romuli tempore ipsorum litigantium praesentiam non fuisse necessariam, fuit tamen ex XII. Tab., post quas id patronorum officium adhuc duravit. *Heraldus* quidem de Rer. iudicat. auctor. II. 5. n. 5. patronos litem in se non transtulisse scribit, sed curasse, quae ad eam agendam, instruendam, & sententia terminandam necessaria viderentur; sed hinc nihil aliud egerunt, quam quivis alii patroni, qui litigantibus quidem aderant, sed praesentibus; at vero absentium caussas tueri, & persequi debebant clientium patroni, quod aperte testatur *Dionysius*, tum vero & suadet legis ratio, in eo sita; ne a suis clientes negotiis avocarentur. Putabimusne igitur, patronum pro cliente egisse, ut patrem pro filio, ita ut una eademque utriusque persona haberetur, quod

placebat *Schubarto* de Fat. Iurispr. Rom. I. § 14. & certe huic sententiae favere viderentur *Dionysius*, & *Servius* ad *Virgil.* Aeneid. VI. 609. qui patronos tradunt eadem fecisse, quae pro liberis patres; sed id mihi magis ad officia pertinere videtur, quam ad caussas in foro. Tu vide, meliusne res ex eo derivetur, quod *Iustinianus* tradit pr. I. Per quos ager. poss., ab iis, qui in iudicio praesentes esse debebant, quatuor fuisse exceptos, & in hos quidem, qui pro tutela agerent, id est, pupillo; ita enim *tutela* adhibetur apud *Gellium* N. A. V. 13. quod perperam explicuit *Theophilus* de duobus tutoribus, inter se de gerenda tutela certantibus. Tutelae autem par erat patroni officium; pupillis enim clientes iunguntur apud *Gellium* d. l. & patroni προστάται dicuntur, & κηδεμόνες apud *Plutarchum* Romul. p. 25. B. posterior vox pro tutore passim apud *Theophilum* occurrit, etiam *Modestinum* in L. 10. §. 8. D. de Excusat. ubi melius per *tutorem*, quam *Curatorem* verti debuisset, atque ita sublatus fuisset scrupulus, qui nonnullos male habuit, quo modo, tutore facto furioso, surdo, aut muto dari possit Curator, cum tutor dicatur in eadem caussa dandus in L. 17. D. de Tutel. — Vtrum vero in clientium intestatorum bona successerint patroni, de eo quidem nihil tradit *Dionysius*, sed non obscure tamen illi adfirmant, qui a iure clientium illud libertorum ductum censent, in quibus princeps est *Connanus* Comment. iur. II. 7. nemo vero unus apertius *Nieupoortio* Rit. Rom. sect. I. cap. 4. §. 3. Visa haec mihi semper fuit dubia opinio, praesertim quia con-

confirmari solet *Iustiniani* auctoritate, §. unic. I. de Legitim. patr. tut., cum tamen ad libertos ille locus pertineat, quos in successione longo a clientibus intervallo distare recte monuit *Schubartus* de Fat. Iurispr. I. §. 18. errorem igitur *Nieupoortii* notavit *D'Arnaud* Var. Coniect. I. 4. sed notavit tantum. Defensorem tamen nactus est *Nieupoortius Reitzium* in Praef. Edit. quintae, ita tamen, ut cum clientes essent ingenui, eoque agnatos & gentiles haberent, quibus carebant liberti, ius successionis patrono tantum concedat, si neque clientium agnati, neque gentiles essent, qui succederent. Sed, quamvis quaedam libertorum iura, ob non diversam rationem, ex iure clientium fuisse translata, non sim, qui diffitear; & qui diffiterer? cum clientibus liberti in legibus nostris aliquando iungantur, tamen nimium quantum in hereditatis indole distincti mihi videntur. Age enim; ad intestatorum bona suos, & agnatos Lex vocabat; hoc nomine venire poterant patroni libertorum, qui eorumdem habebantur agnati; de clientium patronis nihil simile occurrit; hi enim erant curatores, non agnati; adpellat quidem eorum necessitudines *Dionysius* II. p. 85. συζυγίας οὐδὲν διαφερούσας συγγενικῶν ἀναγκαιοτήτων, sed tantum officiorum ratione, ex humanitate tam sancte praestandorum, atque inter necessitudine iunctos. Praeterea si utrumque ius idem fuerit, aeque debuit clientis patrono, sequenti tempore, salva fuisse successio, atque eidem liberti, & tamen, mutata Reip. forma, mutata quoque, & inmi-

minuta fuerunt patronorum in clientibus iura, dominantibus praesertim Tribunis; ita ut etiam patrono turpe haberetur, pecuniam a cliente accipere, teste *Plutarcho* in Romul. p. 25. B. Sed pergo; sententiam enim suam adhuc tueri conatur *Reitzius* ex eo, quod patrono fuerit delata in clientium liberos tutela, quo fieri debuit, ut & deferretur successio, in qua unicum est illius tutelae fundamentum. Videamus, quam vere hoc adfirmetur auctoritate *Dionysii* XI. p. 716. is scilicet tradit, Appium Claudium in turpi ista Virginii caussa adseruisse, patrem M. Claudii se rogasse, ut filii tutelam susciperet, quia Claudii familiae Appiae erant clientes. Sed, si quid video, hic locus id negat, quod ex eo probatum velint. Ecce enim, legitima patronorum tutela, ex iure successionis delata, sola lege, sine ullo hominis facto, deferebatur; idem si in clientium patrono servatum esset, quid tum opus, ut Appium de tutela suscipienda rogaverit Claudius? qui cum rogatus fuerit, idne vero significat? non ipso iure ad eam suscipiendam obligatum fuisse Appium, sed tantum, si amico roganti hoc dare vellet. Neque tamen nego, patronum, cliente rogante, fieri potuisse ipsius liberorum tutorem; quidni enim id fieret eo modo, quo alios quoscumque rogare pater potuit? Sed nego ex illa Claudii rogatione successionem, & onus tutelae ex successionis iure delatae probari posse. Latuit hic *Dionysii* locus eos, qui pro tutela Romanorum pacticia pugnarunt, quos egregie refutavit *Vryhovius* Observ. iur. cap. 9. Sed su-

superest aliud argumentum, quod levi tantum digito tangit *Reitzius*, omnium vero est difficillimum, & ex *iure adplicationis* ducitur, quod per ius clientelae interpretatur *Westerbovius* ad *Terentii* Andr. V. 4. 21. sive, ut *Ernesti* in Clav. *Ciceron.* scribit, est *ius, quod habet patronus in eum hominem, qui se ad eum adplicuit, in eius bona, hereditatem,* &c. Scribit nempe *Cicero* de Orator. I. 39. *in Centumvirali iudicio certatum esse accepimus, qui Romam in exsilium venisset, cui Romae exsulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum adplicavisset, intestatoque esset mortuus, nonne in ea caussa ius adplicationis, obscurum sane & ignotum, patefactum in iudicio atque inlustratum est a patrono?* Pertinet haec *Ciceronis* narratio ad peregrinum, qui ex sua provincia exsul Romam venerat, ut ante Claudium licuisse, si Roma nominatim non esset prohibitus, ostendit *Nicol. Antonius* de Iur. exsul. I. 13. §. 5. hic vero exsul Romae sese alicui in clientelam dederat, quem *quasi patronum* adpellat *Cicero*, quia verum patronatus ius tantum erat inter cives, monente *Harlesio*, quod vel indicat utriusque ordinis inter cives vinculum, solum huius iuris in lege Romulea fundamentum. Huius autem intestati bona cum sibi vindicaverit quasi patronus, sequi videtur vero illud patrono multo magis concedendum esse, cui itaque illud etiam tribuit *Wielingius* Lect. iur. p. 286. quamvis in peregrino cliente, non quocumque alio, id tantum admittat *Turnebus* Adverf. XXIV. 32. Parum tamen haec ad persuadendum apta videntur. Id enim ius si certum fuerit, quare de

de eo apud Centumviros actum? quare *obscurum* fuit, & *ignotum*? cunctis utique exploratum satis erat, quid patrono deberetur. In controversiam mihi praesertim cadere videtur, utrum *adplicationis ius* successionem in bona designare queat. Vt mittam, *Ciceronis* locum, monente iam *Ernestio*, ex parte mutilum videri, eoque dubitari posse, utrum iustam quidem interpretationem admittat; ipsa etiam *Ciceronis* sententia alio tendit; id namque agit *Tullius*, ut Oratoribus iuris civilis peritiam esse pernecessariam ostendat, idque exemplo hominis, de iure tam obscuro differentis, confirmat. Quid autem inde? hoc nimirum, *adplicationem* ad iura civilia pertinuisse; porro de eo iure in intestati hominis caussa disputatum fuisse ab eo, qui sua peritia ius illud patefecerit; at a quo? a patrono, dicis. Audio, sed non a patrono clientis, at vero potius a caussarum patrono; de eo enim patronorum genere tantum loquitur *Cicero*. Rem ita accipio, hunc caussae patronum de exsulis illius hereditate egisse, quam intestati iure sibi petebant heredes ipsius legitimi, eumque in caussa agenda patefecisse ius adplicationis, id est, vinculum illud, quo erant obligati, quicumque se patrono adplicuerant. At vero patronorum iura inter cives servabantur, & quidem lege, adeoque omnibus satis erant nota. Ad eorum exemplum consuetudine & usu receptum fuerat, ut sibi Romae patronos adsciscerent peregrini, provinciae, municipia; talemque sibi adsciverat hic exsul, quem ideo *quasi patronum* adpellat *Tullius*. In eo autem obscurum erat patro-

tronatus ius, utrum ex consuetudine in peregrinis eadem reverentia, obsequium, & obligatio esset statuenda, atque in civibus; hoc autem Orator patefecit, atque, Oratorum more caussae suae serviens, ex hac obligatione huius intestati hereditatem magis ad quasi patronum, cui se adplicuerat exsul, quam quemcumque alium pertinere adseruit, ducto forte argumento, quod clientium erat, suis opibus patronum adiuvare, idque in hac facti specie, quamvis iure hereditas ad quasi patronum pervenire non posset, iuris analogiam postulare, propter beneficia in exsulem, & peregrinum collata forte a quasi patrono pauperiore, ideoque magis adiuvando intestati bonis, quam aliis, qui exsulem Romae degentem neglexerant. Tota itaque facti ratio ad singularem pertinet speciem, non ad ius inter omnes commune, quamvis ex hoc communi sententiae suae colorem duxerit ille patronus.

C A P V T III.

Quibusdam Glossarum Nomicarum, quas *Labbaei* beneficio debemus, locis in littera A., sed male adfectis, curationem adferre conabor, eorum e longinquo vestigia secutus, qui de aequi bonique arte egregie meruerunt, quas si Tibi coniecturas probaverim, erit, quod mihi gratuler:

Ἀβίστεις ἀγωγὴ, ἡ κατὰ τῶν ἀπελάτων :) *Scaligeranum* Ἀβίγεος ἀγωγὴ nihil habet, quo se tueatur. Scribo Ἀβιγεῖς, *de abigeis actio.* ita frequenter hae Glossae; infra est, Ἀδυλτερίους ἀ-

γω-

γωγὴ, *de adulteriis actio*; praeterea Ἀδύλτερις ὁ νόμος, *de adulteriis lex*, quod male in Ἀδυλτέριυ mutatum volebat *Bosquetus* ad *Pselli* Synops. vs. 467. iure reprehensus ab acutissimo *Koenio* Dissert. Critic. p. 13.

Ἀβολιτίων γεναμένη γενικὴ παρὰ βασιλέως) *Iacobson* in Dissert. ad Gl. Nom. p. 5. emendat λεγομένη, aut διδομένη; frustra; γεναμένη γενικὴ παρὰ βασιλέως est *abolitio generalis facta a Principe*. L. 8. D. ad SCtum Turpil. *abolitio aut publice fit*, quod in Basilicis T. VII. p. 9. est δημοσίᾳ γένηται ἄφεσις. *Harmenopulus* I. 2. n. 42. δημοσίᾳ ἀπόλυσις γένηται. — Sequitur in Glossa; ἀπολύεται πάντα τὰ εἴδη προκαταρχθέντα, scribe τὰ ἤδη, ut est in Basilicis T. VII. p. 926. & 928.

Ἀδελίτζια ἀγωγὴ κατὰ τῶν ἐμπαθῆ ζῶα πωλούντων. αὕτη ἡ ἀγωγὴ παρὰ τῶν Ἀεδίλων τῶν Πρεατώρων εἰσηχθη) *Scaligero*, & *Rovero* ad Gloss. Nom. p. 46. adsentio, primam vocem in Ἀεδιλίτζια esse mutandam; Ἀεδιλίκια dicitur in Basilicis T. II. p. 405. Sequentia τῶν Ἀεδίλων τῶν Πρεατώρων sunt difficiliora; posterius in Κουρουλίων mutat *Schultingius*, a Curulibus enim Edictum fuit propositum, quamvis tunc Κουρούλων mallem cum *Rovero* ad Gl. Nom. cap. 2. Mihi Glossographus in verbis αὕτη ἡ ἀγωγὴ non adeo quidem Aediliciam sigillatim actionem significasse videtur, quam universe quamcumque de damno ab animalibus dato, quarum altera Aedilicia, Praetoria altera. Illam tangit ab initio, hanc postea in verbis, τῶν Πραιτώρων δὲ ἔσω αὕτη. Itaque aut cum *Rovero* emendandum, ἤτοι Πραιτώρων, aut, quod malim, καὶ τῶν Πραιτώρων, non quia

Prae-

Praetorum nomine quoque intelliguntur Aediles, tamquam hoc esset commune Magistratibus omnibus nomen, quod putabat *Noodtius* Probab. I. 6. & ex parte *Heineccius* Hist. Edictor. I. 6. §. 1. Sed quia nonnumquam eadem edixerunt Praetores, quae ante Aediles, sive quia his carebat Resp., ut eorum partes explere alii debuerint, quod exemplum est apud *Dionem Cass.* XLIX. p. 402 sive quia in suum Edictum transtulerunt, quae sua origine Aedilium erant inventa, quod praesertim sub Imperatoribus evenire potuit. Hoc sensu *Theophilum* scripsisse arbitror, Praetoriis stipulationibus συνηριθμηθῆναι Aedilicias, id est, Praetoriarum nomine eas contineri, ad §. 2. I. de Divis. stipul. & Aedilium Edictum partem fuisse Praetorii factam, tum urbani, tum peregrini, ad §. 7. I. de I. N. quo etiam *Paullum* refero Sentent. I. 15. §. 2. *feram bestiam in ea parte, qua populi iter est, colligari Praetor prohibet.* hunc ideo locum habet suspectum *Schultingius*, quia *extra ordinem coercendum* scribit *Paullus*, qui contra fecerit; ita vero amplior concederetur potestas, quam patitur Praeturae indoles, in iure dicundo, non coercendo sita. Sed quid obstet, quo minus coercitionem iurisdictioni consentaneam intelligamus? Praetor enim, iurisdictionem habens, ea quoque habuisse est dicendus, sine quibus iurisdictio exerceri nequit; mixto enim imperio fruebatur, quod sine coercitione nomen foret inane; quidni enim potuit multa, aut pignoris capione coercere? talis saltem *modica coercitio*, id est intra Praetoriae iurisdictionis terminos, ipsi

tribuitur in L. 8. §. 2. D. de Religios. Neque dubito, quin ad actiones quoque noxales idem adcommodari possit, quae, cum sint Praetoriae, de iisdem tamen caussis dantur, de quibus Aedilitiae, ut de pauperie memorat Imperator, §. 1. I. Si quadr. paup. damnum enim a fera datum eiusmodi esse potest, ut in actionem de pauperie utilem cadat, si in domini adhuc potestate fera sit; ita enim duo concurrunt facta, & quod contra Aedilium Edictum feram in via habuerit, & vero etiam, quod malus fera damnum dederit, quam Aedilicia actione repeteretur, veluti in libero homine occiso. Conf. *Rygerbos* Observ. iur. p. 44. hoc malim, quam *Ottonis* ad pr. I. Si quadr. paup. sententiam sequi, Praetorium edictum ad peregrinos, peregrina animalia ostendentes, referentis.

Ἀδεξιβένδυμ. ἡ παραςατικὴ τῦ πράγματος ἀγωγὴ, ἢ περὶ ἐκνικήσεως) Lege ἐκδικήσεως. Idem latet in Glossa sequenti vitium. Est enim ad exhibendum actio propter rei vindicationes introducta, L. 1. D. ad Exhib. vindicatio autem est ἐκδίκησις apud *Theophilum* ad §. 2. I. Quib. alien. lic. & ad §. 3. de Emtion. ἐκδικεῖν *vindicare*, ibid. ad §. 26. de R. D. alia est ἐκνίκησις *evictio*, Idem ad §. ult. de R. D. actionem ad exhibendum, furti, & condictionem furtivam dari scribit, si qui res de curru cadentes retinuerint. & additur interpretatio, sive *Theophili*, sive, quod magis puto, alterius, τουτέστιν ἐκδικήσεως ἀγωγὴ, ἢ ἐκνίκησις κατὰ τῶν κλεπτῶν. prius ad actionem ad exhibendum pertinet, quae praecessit.

Ad-

'Αδεξπελένδιμα. ἤγουν ἀπ' τὸ ἐξελαύνειν τῶν τόπων τὰ θρέμματα.) Malebat *Scaliger*, 'Αδεξιγένδιμα. mihi placet, 'Αδεξπαλλένδιμα ita ἐξπελλαντὸς, de quo *Homberg.* ad Novell. 128. cap. 6. Glossae sedes esse videtur in L. 39 §. 2. D. Ad Leg. Aquil. ubi, qui alienum in suo agro pecus deprehendit, id debet *expellere*, quod reddunt Basilica per ἐκδιώκειν, T. VII. p. 59.

'Αδσιδικατεύειν. προσκυρῶν) *Scaliger*, & in Glossario *Meursius*, 'Αδσιδικατεύειν. mihi προσκυρῶν suadet, ut emendem, 'Αδσιγνατεύειν. *Theophilus* ad pr. I. de Adsign. libert., unde Glossam puto sumtam, ἐπὶ τούτου ἀδσιγνατεῦσαι, ἤτοι προσκυρῶσαι. quod in L. 107. D. de V. S. est *adsignare libertum*, in fragmentis Graecis post *Theophilum* p. 983. est προσκυρῶν τὸν ἴδιον ἀπελεύθερον. infra: 'Αδσιγνατεύει. προσκύρωσις. adde Basilic. T. VI. p. 599.

'Αδιτεύσαντα. νεμηθεῖσα. κρατηθεῖσα) Scribe, 'Αβιτεύσαντα. A Latinorum supinis hi verba duxerunt Glossographi, qua forma ab *habitum* fit ἀβιτεύω. inferius est ἀβιτεύσας in 'Ρώτυμ. emendationem confirmat addita verbi interpretatio. *Theophilus* ad §. 2. I. Quib. mod. toll. oblig. οὐ ἔμπροσθεν ἔχεις, ἢ κρατεῖς, ἢ νέμῃ. ubi etiam additur differentia, qua κρατεῖν est *naturaliter tenere*, νέμεσθαι *tenere animo domini*, ut *tenere* & *possidere* Latinis sunt distincta, de quo *Hotoman.* ad *Ciceron.* Pro Quinct. 29. adde *Duaren.* Disp. Anniverſ. II. 18.

'Αυστλίσασ. ἀγαθοεργία κατεσχεθέν κατὰ τῆς ἱεροθεραπείας δίκαιον τὸ καταληφθὲν) Pertinet Glossa ad legata Ecclesiis, locisque venerabilibus relicta. Vt enim olim in legatis certis per damnationem,

I 2 haud

haud aliter atque in iudicis sententia, duplum solvebatur, ita idem ad haec legata transtulit *Iustinianus*, si quis ea solvere distulisset, aut relicta negasset, §. 19. I. de Action. *Theophilus* ad §. 7. I. de Oblig. quae quas. ex contr. non potuit itaque *Schultingii* latere acumen, legendum esse καταλειφθὲν, quod in hoc legato verbum est sollemne, ut apud *Theophilum* ad §. 20. I. de Action. ad §. 7. I. de Obligat. quas. ex contr. *Harmenopulum* V. 11. n. 44. Quid igitur? utrumne ad Legem Aquiliam legati huius solvendi mora pertinet? ita Glossographus, sed errorem ipsius iam notarunt *Schultingius*, *Mylius* de trib. L. Aquil. capit. §. 5. *Sibenius* ad *Psalli* Synops. vs. 462. *Struchtmeyerus* Epist. Crit. p. 14. quamvis enim in Lege Aquilia in duplum lis crescat, id quidem fit inficiando, non autem damni solutionem differendo. Fons erroris inde mihi videtur ortus, quod, postquam in §. 23. I. de Action. de duplo ex Lege Aquilia fuisset actum, haec actio addatur, quam incaute ad eamdem legem retulit tum Glossographus, tum vero etiam *Psellus* Synops. vs. 477. ubi neque huius Glossae inmemor *Bosquetus*. Facit tamen ille *Pselli* locus, ut pro errore commisso magis suffragium feram; quam cum *Rovero* ad Gl. Nom. p. 52. ὑπερθεμένῳ etiam de inficiatione capiam, & pro καταλειφθὲν substituam ἀναιρεθὲν, tamquam pertineret Glossa ad eam legis Aquiliae partem, qua servi, quadrupedisve occisi damnum fuerit vindicatum. ὑπερτίθεσθαι enim, per ellipsin, non *inficiationis*, sed *dilationis* habet notionem; totam verbi formam egregie inlustravit Vir

Cla-

Clariss. in Obferv. Miscell. Vol. VIII. p. 347. & 351. ideoque ab ἀναβάλλεσθαι distinguit *Ammonius* in V. ita ὑπερτίθεσθαι τὴν ἀδικίαν est apud *Theophilum* ad §. 20. I. de Legat. τὴν ἐποχὴν, ibid. ad §. 6. de V. O. καταβολὴν in ipso hoc legato, ad §. 19. de Action. adde *Psellum* Synops. vs. 480. *Harmenopulum* V. 10. n. 47. ὑπέρθεσις pro dilatione, apud *Theophilum* ad §. 3. I. de Auctor. tutor. atque ita iungitur cum παρολκῇ, ibid. §. 6. de V. O. infra: Μόρα. ἡ ὑπέρθεσις. & Διλατιὼν. ἡ ὑπέρθεσις. recte hinc *Labbaeus* ad Novell. Constit. Impp. p. 125. in *Manuelis Comneni* Novella ex MS. restituit τὰς ἐν δικαστηρίῳ γινομένας ὑπερθέσεις, pro vulgato ὑποθέσεις reperio etiam in Novella *Iustiniani* 49. princ. in *Vaticano* ὑποθέσεως, ubi melius *Haloander* ὑπερθέσεως, & Vulgata *dilationis*, conf. *Hombergium*. Denique, quo minus ὑπερθέμενος de *inficiatione* capiam, facit *Theophili* auctoritas, qui in hac actione ἀρνεῖται, & ὑπέρθηται distinguit, ad §. 26. I. de Action. & prius de huius legati *inficiatione* constanter adhibet. Vid. ad §. 7. I. de Oblig. quae quas. ex contr. Dubito praeterea, an δῦναι τὸ ἀναιρεθὲν designare queat *occisi damnum solvere*; hoc enim est, ὅσον τὸ ἀναιρεθὲν ὑπῆρχεν, τοσοῦτον δῦναι, ut apud *Theophilum* pr. I. de Leg. Aquil.

Sequitur Glossa: Ἀκουΐλιος λέγεται, etc. cui gemina sunt, quae apud *Harmenopulum* VI. 5. init. legas. Scribit autem Glossographus, Aquiliam de dato damno constituisse, aliisque, ἐξαιρέτως δὲ, περὶ τῶν ἀποδιδομένων εἰς τὸ διπλάσιον. Haec mihi confirmare sententiam videntur *Balduini* ad L. Aquil. p. 160. & 178.

& *Noodtii* ad L. Aquil. cap. 2. plura huius Legis fuisse capita tribus illis, quae in iure nostro supersint. De duplo enim separatim fuisse cautum indicat illud ἐξαιρέτως, eoque refero *Caium* in L. 2. §. 1. D. Ad Leg. Aquil., qui, postquam primum legis caput enarrasset, de duplo *infra deinde* caveri addit; caput itaque de duplo ab hoc primo fuit diversum. Scio, *Wielingium* ad *Chassan.* Paratitl. p. 234. & *Mylium* Dissert. de Trib. L. Aquil. capit. statuisse, sub *ceterum quocunque damno*, de quo tertio capite cautum, omnia dati damni exempla esse intelligenda, quae ad alia capita referunt *Noodtius*, ceterique. De servo corrupto, effusis, & deiectis nihil impedio, de *inficiatione*, & *duplo* ex ea oriundo tum demum credam, si qui voce *dati damni* hanc intelligi posse docuerit. Si enim cum *Mylio* d. l. §. 5. de ea primo capite, aut Praetoris edicto actum contendas, quaero, qui non ad caput singulare, neque edictum, sed legem Aquiliam retulerit Glossographus; quod si vero primo, & tertio capite de eo constitutum censeas cum *Suarezio* ad L. Aquil. in Apparatu cap. 3., obstabit eadem Glossa, Legem sanxisse de aliis adfirmans, id est, de quovis damno, praesertim vero de inficiatione; id vero quid aliud est, quam inficiationem a capitibus de damno separare? At, inquies, in Basilicis T. VII. p 66. sine discrimine, primo capiti tribuitur inficiatio. Non diffiteor; sed illud factum, quia *Caii* verba Graece vertentes, capiti primo iunxerunt, quae proxime apud *Caium* §. 2. sequun-

quuntur, omissis tamen *infra deletis*, quibus haec de inficiatione a capite primo separasse mihi videtur, inde colligenti, de inficiatione & duplo singulare Legis caput fuisse.

Ἄλβον λέγεται τὸ ἴδικτον, διὰ τὸ γεγράφθαι λευκοῖς γράμμασιν) Ne Graecum quidem γεγράφεσθαι. *Barthius* Adverf. I. 1. citat γεγράφεσθαι. Verum est γεγράφθαι, quod est apud *Theophilum*, ex quo Glossa fumta, ad §. 12. I. de Action. ita ex ingenio *Schultingius*, & citavit *Du Cange* Glossar. Graec. V. Ἄλβον. — Sed inepta sunt λευκοῖς γράμμασιν. *Album* enim olim tabulam fuisse querneam cinericio colore, postea splendoris caussa albo inductam, nigrisque litteris inscriptam, pluribus exposuerunt *Corasius* Miscell. IV. 6. *Ritterus* ad Cod. *Theodos.* Praef. T. IV. p. 4. huc *album parietem* referunt apud *Plautum* Pers. I. 2. 21. alia tamen ratione emendatum ab *Arnaldo* Var. Coniect. II. 18. Glossographum nostrum erroris arguit *Heineccius* Histor. Edictor. I. 2. §. 6. leguntur tamen apud *Theophilum* eadem, cui ne tam foedus error tribuatur, hanc esse lacunam, ex Basilicorum Glossis adsutam, putat *Ritterus*. Ipsum quoque Glossographum absolvit *Reitzius*. omnemque in Librarios culpam reiicit; emendat itaque γραμματείοις, aut ἐν γραμματείοις, quod *tabulam*, aut *album* interpretatur; dubito tamen, an satis feliciter. Quid enim? vocemne, tabulis iudicialibus, & libellis propriam, Edicto convenientem dicamus? de quo egregia contulit *T. H.* ad *Xenophont. Ephes.* in Observ. Miscell. Vol. V. p. 17. neque distant, quae de syngraphae,

aut cuiusque instrumenti notione adtulit *Homberg*. ad Novell. 72. cap. 1. Non puto; de Librarii tamen socordia nihil dissentio, qui adeo ridicule oblocutum sibi fuisse Glossographum cras credam. Ecce enim; albis scribit litteris Edictum fuisse propositum, tabula ipsa itaque debuit fuisse nigra, & tamen continue addit, ἐπὶ γὰρ κονιάμασι τὰ διατάγματα, καὶ τὰς παραγραφὰς ἐξετίθεσαν. quid hoc aliud est? quam nigris fuisse litteris Edictum tabulae dealbatae inscriptum. Sunt enim κονιάματα, quae gypso inlita, a κονιᾷν, unde κονιάτης, quae sunt apud *Pollucem* Onomast. VII. 125. ubi *Kuhnius*. Vox posterior in L. 1. C. de Excus. artif. exponitur *Albinos*, qui sunt *Albarii* in L. 2. C. *Theodos*. eod. *Suidas* autem in V. οἱ τοὺς τοίχους παρεχρίοντες, de quibus Not. ad *Hesychium* V. κονιῶντας; opus *albarium*, sive *tectorium* habet *Vitruvius* Architect. V. 10. Quid itaque, ut ad rem redeam? Ne sibi sit adversus, scripsisse Glossographum conijcio λευκαῖς σανίσιν. *Dionys. Halicarn.* III. p. 178. ἐν δρυΐναις ἐχαράττοντο σανίσιν οἱ τοι νόμοι, καὶ αἱ περὶ τῶν ἱερῶν διαγραφαί. adde IV. p. 245. — Ceterum eorum confirmat sententiam Glossa, qui contendunt, Edictum quoque *album* fuisse adpellatum; hoc patitur vulgaris metonymiae forma; a qua si discedas, *album* & *Edictum* distingue, ICti exemplo in L. 7. pr. D. de Iurisd. adde *Arnaldum* Coniect. II. 9.

Ἄμβιτος, ἀγωγὴ ἡ κατὰ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις καὶ τὸ δίκαιον) Vtrum *ambitus* recte ἀγωγὴ dicatur, dubitat *Struchtmeyerus* Epist. Crit. p. 16. ideoque emendat ἄγει ὁ κατὰ. Mihi ἀμβι-

βιτος est casus obliquus, suppressa voce *actio*, sive *adcusatio* de ambitu ex Lege Iulia. *ἀγωγὴ* enim ad adcusationem in iudicio publico quoque pertinet; ut in his Glossis de adulterio in Ἀδυλτερίοις, de abolitione in Ἀυτολυτίων. *agere* in his quoque dicitur adcusator, L. 18. & 30. D. Ad Leg. Iul. de adulter. *actionem perduellionis* habet *Cicero* pro Milon. 14. Erraſſe autem Gloſſographus videtur *Heineccio* ad *Briſſonii* Lexicon V. *Ambitus*, cum ad ambitum retulerit, quae de corrupto iudice ad repetundarum crimen pertineant, neque diſſentit *Struchtmeyerus* Epiſt. Crit. p. 15. Sed in prioribus Gloſſis ambitus eſt φθορὰ κρίσεως, & in sequenti dicitur de eo agi ex ambitu κατὰ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις, ut pro κόρας vere emendavit *Bosquetus* ad *Pſelli* Synops. v. 486. suffragante *Schultingio*, & *Struchtmeyero* d. l. p. 16. κριτὰς tamen malebat *Roverus* ad Gl. Nom. p. 56. praeterea ambitum iudicii corrupti crimen complecti non poſſe, *Heineccio* nondum largior. Eſt quidem *ambitus iudicium in eum, qui largitione honorem capit & ambit*, ut ex optimo MS. *Groningano*, & antiquiſſima *Petiti* editione legendum eſt apud *Iſidorum* Orig. V. 26. Sed non minus eo etiam tenentur, qui ſimili largitione, aut ſaltem gratia, iudicum ſuffragia corrumpunt. Per legem enim Iuliam iudiciariam ambitum committit adcuſator, aut reus, qui iudicis domum ingreditur, L. 1. §. 4. D. Ad Leg. Iul. ambit. rationem quaeris; non alia eſt, quam quia corrumpendi iudicis cauſſa id facere videatur, idque legis caput explicuit *Cuiacius* Obſ. VI. 39. & quos citat

Trekellus ad *Brisson.* Antiq. IV. 10. addo adhuc *Ciceronem* pro Cluent. 36. *qui erant ipsi ambitus condemnati, quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quod plurium fecerint, illos ob rem iudicandam pecuniam accepisse.* atque illud postea dicit, *ad emendas sententias iudici pecuniam dare.* hinc explicanda sunt *ambitiosa decreta*, in L. 3. pr. D. de Minor. vig. ann. L. 4. D. de Decret. ab ord. fac. id est, quae, data pecunia, contra ius & aequum a iudice fiunt, interprete *Ravardo* Varior. V. 6.

Ἀντιόρων λέγων. ἀπὸ πολλῶν νόμων) Emendat *Cuperus* Ἀντικόρων —— ἀπὸ παλαιῶν. posterius verum est, sed pro altero scripserim Ἀντερίωρων. Sedes Glossae est in §. 6. I. de Militar. testam. ubi sunt *anteriores leges*, quod vertit *Theophilus* παλαιοτέρων, placetne hoc etiam magis, quam παλαιῶν?

Ἀπὸ προικομιδῆς. ἀπὸ μέρους) *Struchtmeyerus* Epist. Crit. p. 88. προκομιδῆς habet corruptum, in προδομινικα emendandum, ut sumta sit Glossa ex *Theophilo* ad § 3. I. Per quas person. ubi *pro dominica parte* vertit καθόσον μέρος ὑπὸ ἑνὸς ἐκράτει τῶν δεσποτῶν. Mihi potius vitiosum videtur μέρους, & substituo μορᾶς. Est enim προκομιδὴ mora. Glossae *Philoxeni*: Προκομιδὴ *prolacio*. Pro *translatione* est μετακομιδὴ in Scholiis apud *Labbaeum* ad Synops. Basilic. p. 4. ubi etiam est ἀποκομίσαι δικαιώματα ἀπὸ ἄλλης ἐπαρχίας εἰς ἄλλην.

CA-

CAPVT IV.

Quaedam iuris nostri loca iam persequi lubet, sed breviter. Non una est omnium opinio de L. 11. D. de Vsufr. adcresc. ad veram cuius intelligentiam necesse est, ut huic sequens lex uno contextu adiungatur, *Triboniani* more, duorum ICtorum fragmenta ita collocantis, ut uno voluerit spiritu legi. Cum itaque altera sit *Papiniani*, *Vlpiani* altera, utramque ita connectamus: *Cum singulis ab heredibus singulis eiusdem rei fructus legatur, fructuarii separati videntur, non minus, quam si, aequis portionibus duobus eiusdem rei fructus legatus fuisset, unde fit, ut inter eos ius adcrescendi non sit, cum alius ab alio herede usumfructum vindicat.* Recte quidem ex his ius adcrescendi legatariis, verbis tantum coniunctis, negarunt plures, de vera tamen verborum sententia diffidentes, Scrupulum movens, utrum *aequis portionibus* ad legatarios pertineat, agnitum ususfructus legatum aequis portionibus habituros, an ad heredem, illud aequis portionibus singulis legatariis praestiturum. Posterius placuit *Donello* Comment. VII. 13. atque ad id rationem accommodat in L. 12. ut ius adcrescendi in iis cessare ostendat, *cum alius ab alio herede usumfructum vindicat.* Recte id refutavit *Maiansius* Disp. iur. XXXVIII. §. 34. sed difficultatem non sustulit, utrum verba, *unde fit, ut inter eos ius adcrescendi non sit*, ad priorem pertineant speciem, si singulis ab heredibus fructus

sit

ſit ſingulis legatus, an poſteriorem, ſi idem aequis portionibus legatus, quam differentiam explicuit *Ramos*, Theſaur. *Meerman.* T. VII. p. 305. de illa difficultate plurimorum opiniones non enumero; mihi parentheſeos ope locus ita videtur adiuvandus: *cum ſingulis ab heredibus ſingulis eiusdem rei fructus legatur, fructuarii ſeparati videntur, (non minus, quam ſi, aequis portionibus, duobus eiusdem rei fructus legatus fuiſſet) unde fit,* &c. In eiusdem rei uſufructu ſingulis legatariis legato a ſingulis heredibus, legatarios dicit *Papinianus* eſſe ſeparatos, & ius adcreſcendi negat, quia non ſunt coniuncti; ut enim coniuncti dicantur, legatum debet ab uno eodemque herede pluribus eſſe relictum, non a diverſis heredibus, quia in iis diverſa eſt praeſtatio, ſive, ut ex *Vlpiano* additur, quia *alius ab alio herede uſumfructum vindicat.* Rationem vero, quare ſint ſeparati, a legatariis, verbis tantum coniunctis, repetit, quos propter adſcriptas partes aequas ſimiliter ſeparatos eſſe agnoscit; quis enim a teſtatore coniunctos dixerit in re, quam datis inter eos partibus diviſerit? Patet iam, ni fallor, ſententia, adhibito interpretationis modo, cuius exempla dedit *Voorda* Elector. cap. 5. quam facile autem parentheſeos ope cura adhiberi queat, oſtendit *Rygerbos* Obſerv. iur. cap. 1. quo tamen, nollem, retuliſſet L. 61. D. de R. V. cuius veram ſententiam dedit *Faber* Conieɛt. VI. 15.

In L. 16. §. 3. D. de Curat. furioſ. exponit *Tryphoninus* de curatore, quem filio prodigo pater dedit, cautione addita, qua nepotibus

ex

ex hoc filio pater prospiciat, ut, prodigo exheredato, eos instituat, si nepotes sua habeat potestate; si vero non habeat, quia emancipato iam prodigo erant nati, suadet eos institui sub conditione, ut emancipentur; in id autem si non consentiat prodigus, *per omnia*, inquit, *iudicium testatoris sequendum est*, *ne*, *quem pater vero consilio prodigum credidit*, *eum Magistratus*, *propter aliquod forte suum vitium*, *idoneum putaverit.* Interpretor *vero consilio* iusto, aequo, quo nepotibus prospiceret, ne bona ad prodigum pervenirent, unde etiam necessaria erat emancipationis conditio, quia ceteroquin hereditatem prodigo adquisivissent. Ex hac *veri* notione explicat *Noodtius* L. 7. D. de Donat. int. vir. & uxor. adde *Drakenb.* ad *Livium* II. 48. In posterioribus verbis quaedam habent Editiones, *forte suum iudicium*, quod *Catharinus* Observ. III. 36. ex Basilicis confirmari credit; *ὃ δύναται δὲ κρίνειν ἱκανὸν Πραίτωρ, ὅν πατὴρ ἄσωτον εἶπεν.* idque tuetur Vir Clariss. in Observ. iur. II. 7. sed *δύναται κρίνειν* exprimit *putaverit*, quod in lege est; traiectis autem vocibus ita locum constituit *Catharinus*; *quem pater consulto prodigum credidit*, *propter aliquod forte suum vitium*, *eum Magistratus idoneum putaverit.* refert itaque *vitium* ad prodigi factum. Male; pertinet enim ad Magistratum, ut recte *Accursius*; opposita namque sunt *verum consilium patris*, & *Magistratus vitium*; id vero in universum accipio de quacumque Magistratus negligentia, culpa, errore, parum recte ita putantis, qua notione etiam oc-

cur-

caerit in L. 63. §. 2. D. de Eviction. L. 37. D. de Excus.

Criticos vexavit L. 23. pr. D. de Vsurp. & usuc. qua rerum inmobilium tractat possessionem *Iavolenus*. Qui aedes possidet, non possidet separata corpora, lapides, tigna, caementa aedibus illis iuncta, id est, non possidet separatim eo universitatis iure, quo aedes; intelligi enim nequit universitas, si separata sint illa corpora, quia, si singula possideret, non possideret aedes, ceteroquin enim haec corpora tamquam res mobiles, aedes ex his compositas tamquam inmobiles possidere deberet, quo fieret, ut diversa possidendi & usucapiendi tempora essent necessaria, aliud in tignis, aliud in aedibus. Haec itaque corpora, quae aedes efficiunt, universitatis debent iure possideri, & tamquam inmobilia usucapi. Conf. *Bynckersh.* Obs. VII. 2. rationem addit ICtus: *quod absurdum, & minime iuri civili conveniens est, ut una res diversis temporibus capiatur, utputa cum aedes ex duabus rebus constant, ex solo & superficie, & universitas earum possessionem temporis inmobilium rerum omnium mutet.* Posteriora qui explicuerit, novi neminem. *Cuiacio* h. l. placebat, *possessione temporis inmobilium rerum dominium mutet.* hoc quidam adripuerunt Editores, & in *Bynckershoekii* Codice, qui in *Leidensi* est Bibliotheca, idem se invenisse testatur Ampliss. *van Alphen* Differt. de *Iavoleno* p. 55. sed si lectionem hanc ICti sententiae plane contrariam dixerim, dixerim id, quod verum sit. Ecce enim;

enim; si aedium mutet dominium eo spatio, quo usucapiantur inmobilia, utrum hoc *absurdum est, & minime iuri civili conveniens?* Alia coniecerunt *Bestius* Rat. emend. leg. 17. n. 10. *van Alphen* d. l. & Vir Cl. ad *Ulpian.* Fragm. 5. §. 10. ipse divino; *possessionem temporis inmobilium rerum in mobilium mutet.* iuri enim non est conveniens, ut universitatis in aedibus possessio, adeoque rei inmobilis, mutetur in rei mobilis possessionem.

De effingenda specie in L. 22. C. de Fideiuss. multum laborant Interpretes. Ita enim Hermiano rescribunt Diocletianus & Maximianus: *Si ultra hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatario nomine intercessisse commemoras, daturum te scripsisti, Praeses provinciae ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est, a te nihil exigi patietur.* Aliter Glossatores, de quibus *Sichardus* ad h. l. & *Connanus* Comment. VI. 6. n. 10. aliter *Cuiacius* Obs. XIX. 35. iterum aliter *Brunneman.* ad h. l. *Branchu* Decad. I. Obs. 1. *Cannegieter* ad Collat. Leg. Mos. Tit. 3. §. 2. denique aliter *Voorda* Elect. cap. 8. cuius tamen species iuris adeo certi est, ut de ea Imperatorem consulere fuerit supervacaneum. Tentemus aliam, non ita liquidam. Centum Seia Hermianum rogat mutua, hic, eam centum reddendis inparem fore metuens, Titio mandat, ut quadraginta solvat, quae Seia accepit; iterum vero Hermianum rogat, ut amplius dare velit, mandat itaque Titio Hermianus, ut alia quadraginta Seiae numeret,

sive

reret, unde etiam Graeci caedem casu factam exsilio tantum voluntario plectendam censuerunt. Atque hoc idem est, quod rescripsit Hadrianus in L. 14. D. ad Leg. Cornel. de Sicar. *in maleficiis voluntas spectatur, non exitus.* Conf. *Bynckersh.* Obs. III. 10.

CAPVT V.

Servii Tullii, quo civium quotannis numerum cognosceret, institutum, legemque memorat *Dionysius Halicarn.* IV. p. 220. qua, urbana multitudine in tres classes divisa, a singulis numum alio atque alio loco inferre iusserit, non quidem a patribusfam., quod in lege posuit *Pighius* Annal. T. I. p. 49 sed ab iis, qui propiore essent sanguinis vinculo coniuncti; προσήκοντας adpellat *Dionysius*. Prima autem classis erat recens natorum, pro quibus idem tradit conferendum esse numum εἰς τὸν τῆς Εἰλειθυίας θησαυρὸν, haec enim erat infantium, feliciter in lucem edendorum, Dea, cuius religione populum obstringi voluit in re peragenda, quae ex Rep. esse videretur. Conf. *Heinsium* ad *Ovid.* Amor. II. 13. 21. Not. ad *Horatium* Carm. secul. 13. Secunda erat classis togam sumentium virilem, numusque erat conferendus, teste *Dionysio*, εἰς τὸν τῆς Νεότητος, suople θησαυρὸν, id est, *aerarium Iuventatis*, non, quod alii habent, *Iuventutis*, ut dixi ad *Mamertini* Genethl. § 6. Tertia erat mortuorum; pro quibus numus conferendus εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν ἄλσει καθιδρυμένον, ἣν προσα-

γογενεσι Αφροδιτην intellige templum, & aerarium in luco situm, quod est apud Plutarchum Quaest. Rom. Cap. 23 quamvis autem Venerem, & Libitinam distinxerit Scaliger Art. Poet. III. 90. Dionysii tamen auctoritatem confirmat Plutarchi locus in Numa p. 67. adde Vossium Origin. Idol. II. 27. Rhodigin. Lection antiq. XXIX. 1 &. Hoc vero institutum quamdiu Romae fuerit servatum, parum liquet. Mortuorum numerum postea ex Libitinariis fuisse cognitum tradunt Vossius d. l. & Kirchman. de Funer. I. 9 ob Suetonium in Neron 39. Pestilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinae venerunt. Sed rationes Libitinae collarum adhuc numum indicare videntur, in rationes redactum, ut recte Casaubonus. At vero quod de recens natis dixi, id postea ita mutatum, ut eorum nomina in acta publica referrentur, ex quibus aetas, aliaque probarentur; hoc autem antea fuit consuetudinis, quo pertinet Suetonius Tiber. 5. Ea igitur postea necessitatis, ex Antonini Philosophi constitutione, ita ut apud aerarii Praefectos intra tricesimum a nativitate diem in Vrbe, in provinciis apud Tabularios publicos, fieri debuerit professio. Rem persequuntur Brissonius Antiq I. 5. & ibi Trekellus, Fornerius Rer. Quotid. IV. 25. Heineccius ad Leg. Iul. II. 8. §. 6. & cap. 14. § 4. Westenberg. ad Constit. Marci Diss. VII. §. 14. Est vero insignis hanc in rem Capitolini locus Anton. Philos. cap. 9 Inter haec liberales caussas ita munivit, ut primus iuberet apud Praefectos aerarii Saturni unum-

 quem-

quemque civium natos liberos profiteri intra tricesimum diem nomine inposito; per provincias Tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idem de originibus fieret, quod Romae apud Praefectos aerarii, ut, si forte aliquis in provincia natus caussam liberalem diceret, testationes inde ferret, atque hanc totam legem de adsertionibus firmavit. De tempore, quo apud aerarii Praefectum fieri debuerit professio, discrepant eruditi. Emendat *Salmasius*, *a nomine inposito*; *Heineccius* ad Leg. Iul. II. 14. §. 4. interpungit, *tricesimum diem*, *nomine inposito*. ut non prius fieret professio, quam inposito nomine, sed tamen intra tricesimum a nativitate diem, eique adcedit *Trekelius* d. l. neque dissentio ratione interpunctionis, sed *nomen inponere* mihi ad acta publica referendum videtur, ut cum antea tantum filium filiamve natos profiterentur, non addito nomine, hoc iam facere debuerint, unde & *adposito* legi posset. Ita, forte ante Antonini legem, scripsit, qui Divos fratres vidit imperantes, *Apuleius* Apol. p. 541. *Pater eius natam sibi filiam more ceterorum professus est*, nomine scilicet non addito; at, quia hoc voluerat Antoninus, ideo *Capitolinus* in Gordian. 4. *professus filium publicis actis nomen eius insereret.* Maiori vero difficultate laborant in *Capitolini* loco verba posteriora, *atque hanc totam legem de adsertionibus firmavit*, de qua nihil adtingunt Interpretes, aut alii. Emendo: *atque hanc totam* (caussam liberalem) *lege de adsertionibus firmavit.* hoc enim idem est, quod in praecedentibus dixit, *caussas liberales munire.* Atque haec D. Marci con-

constitutio esse videtur, quam memorat *Paullus* in L. 38. pr. & §. 1. D. de Liberal. causs. *Adsertionis* mentio facit, ut levi macula Glossas Nomicas liberem; ita illae, Ἀδυέρτορ. συλλήπτωρ, συνεργός. *Labbaeus* legebat, Ἀδιύτωρ. vere MS. apud *Albertium* Misc. Crit. p. 229. Ἀδκέρτορ, sive Ἀδκέρτωρ. Vox exstat in Basilic. T. VI. p. 563. & 564. & apud *Theophilum* ad pr. I. de lis, per quos ager. poss.



JO. AD. NODELL
NOTAE CRITICAE
IN
CICERONEM, JUSTINUM ET HORATIUM.

CICERO.

Ad Divv. X, 24. *De militum commodis fuit tibi curae; quos ego non potentiae meae caussa (nihil enim me non salutariter cogitare* ſcio) *ornari volui a ſenatu: ſed primum, quod ita meritos judicabam: deinde, quod ad omnes caſus conjunctiores Reipublicae eſſe volebam; noviſſime, ut ab omni ſollicitatione averſos eos, tales vobis praeſtare poſſem, quales adhuc fuerunt.*

An? *Scis.* Vel ſi ad ſuum ipſius animum bene ſibi conſcium provocaſſe Plancum contendas, elegantius, puto, *ſcito* ſcribetur.

Eadem Epiſtola ſub finem, *Tu, ut inſtituiſti, me diligas, rogo,* proprieque *tuum eſſe, tibi perſuadeas.*

Mſs *Gul* (ſi fides margini *Verburg.* nihil enim notat *Erneſtus,* nec praeſto ſunt Edd. aliae) *propriumque tuum* Quod quare praeferam vulgato, cauſſam dixi Obſ. Crit. c. 7. p. 75.

lib.

licet τῷ *proprie* singulari nonnunquam vi apud *Tullium* gaudere, non ignorem.

Ad Att, I, 16 p. 537 *Ed. Ernest. Atque etiam hoc magis, quod omnes illi fautores illius flagitii* rem manifestam illam redemtam esse a judicibus *confitentur*.

Cl. *Ernestus*, vel legerim, ait, *rem manifeste redemtam esse*, vel *manifestam illam* pro glossa deleverim" — Latere aliquid mendi, nemo, opinor, non sentit Suspicor ego, antiquitus fuisse scriptum, *omnes illi fautores illius flagitii rem manifestam confitentur*. Adscripserat fors aliquis ad *rem manifestam*, interpretamenti loco, *illum redemtum esse a judicibus*, atque inde nata corrumpendi occasio. cujusmodi corruptelas in Veterum libris frequentissimas esse norunt, qui illos norunt. De Poetarum locis, *addendo* depravatis, bene nuper disseruit Cl. *Janus* in Elec. ad *Horat*. Od. III, 17, 2 — 5 — Caeterum *manifestus* & *manifesta res* eleganter sic ponuntur. V. Cl. *Oudendorpium* ad *Sueton* Aug. c. 33.

Ad Att. III, 12. *Licet tibi, ut scribis, significarim, ut ad me venires* Dodona, *tamen intelligo, te re isthic prodesse, hic ne verbo quidem levare me posse.*

Ms. *Bessarionis*, memorante *Ernesto*, *Dodomitam*; unde *Tunstallus*, *id omittam tamen; intelligo &c.* — Mihi *Dodonam* videbatur scribendum ideo, quod in Epirum cogitasse Ciceronem, patet ex initio sequentis Epistolae. Neque est, quod quis objiciat, in Epiro possessiones habuisse Atticum, ex Nepote liquere in V. c. XI ipsumque adeo, Roma profectutum se, scripsisse dici Ep. IX. huius libri. —

Romae enim versatum esse Pomponium tum, quum has ad eum literas daret Tullius, & ex tota epistola perspicuum est, & praecipue ex illis, *intelligo te re istbic prodesse, hic ne verba quidem levare me posse.*

De Off. III, 5. *Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio coelestium collocavit.*

Recte haec cepit *Ernestus*; clarissima autem sunt, si conferas III. in Catil. 1. *Romulum ad Deos benevolentia famaque sustulimus.* Neque abit multum illud II. ad Att. 20. *Bibulus hominum admiratione & benevolentia in coelo est.* Pro Mil. c. 35. *Amplissimum esse praemium gloriam, — cuius gradibus etiam homines in coelum viderentur adscendere.* (ubi, ut hoc addam obiter, *escendere* corrigendum potest videri. V. *Markland.* ad *Stat. S.* p. 195. *Gronov.* ad *Liv.* II, 28, 6. & quos illic magno numero laudat *Drakenb.* quibuscum tamen conferendi *Burman.* & *Oudend.* ad *Sueton.* Jul. c. 61.) *Curtius* VIII, 5. (quem locum opportune mihi suggerit *Bentl.* ad *Horat.* Epist. II. 1, 6.) *Prius ab oculis mortalium amolita natura est* (Herculem & Liberum) *quam in coelum fama perveheret.*

Orat. pro Marcel c. 2. *Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, communicare cum* multis, *ne propriae sint inperatorum.*

Nisi per *multa* intelligi contendas illa omnia, quae mox sequuntur, *arma, militum virtutem, locorum opportunitatem* &c. *militibus* reponenti, parum abest, quin adsentiar, idque postulare dicam oppositionem, inter *milites* &

du-

duces atque *inperatores*. Caeterum, praeter loca, quae allata video a *Camerario* & *Abramo*, conparari meretur *Diodor. Sic.* L. XVI. sub finem, ut & cum sequentibus de fortuna bellica & clementia victoris idem *Diodor.* L. XVII, ubi Alexandri in Darii matrem aliosque benignitatem commemorat. αἱ μὲν γὰρ τῶν πολέων πολιορκίαι κ. τ. λ. Pulchre *Polybius* V, 12. καὶ μὴν γε τὸ νικῆσαι τοὺς πολεμίους καλοκἀγαθίᾳ καὶ τοῖς δικαίοις οὐκ ἐλάττω, μείζω δὲ παρέχεται χρείαν τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις κατορθωμάτων. Οἷς μὲν γὰρ δι᾽ ἀνάγκην, οἷς δὲ κατὰ προαίρεσιν εἴκουσιν οἱ ληφθέντες. καὶ τὰ μὲν μετὰ μεγάλων ἐλαττωμάτων ποιεῖται τὴν διόρθωσιν. τὰ δὲ χωρὶς βλάβης πρὸς τὸ βέλτιον μετατίθησι τοὺς ἁμαρτάνοντας. τὸ δὲ μέγιστον ἐν οἷς μὲν τὸ πλεῖστον ἐστι τῆς πράξεως τῶν ὑποταττομένων· ἐν οἷς δ᾽ αὐτοτελὴς ἡ νίκη γίγνεται τῶν ἡγουμένων. — Eleganter, ut solet *Ovidius*, licet in re ludicra, Am, II, 12. 9.

Pergama quum caderent bello superata bilustri,
Ex tot in Atrida pars quota laudis erat?
At mea seposita est, & ab omni milite dissors
Gloria: nec titulum muneris alter habet.
Me duce ad hanc voti finem, me milite veni;
Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui.
Nec casum Fortuna meis inmiscuit actis,
Huc ades, o cura parte triumphe mea.

Conf. Interpp. ad *Nepot.* Thrasyb. I. § 4. ubi hunc *Tullii* locum *Cornelius* exprimit.

De Fin. II, 9. initio, *semovenda est igitur voluptas, non solum ut recte sequamini, sed etiam ut* loqui deceat *frugaliter.*

Haec certe, inquit *Ernestus*, corrupta sunt,

 con-

conjicitque scribendum, *sed etiam loquamini, ut decet, frugaliter.* — Mihi corrigendum videbatur, *sed etiam ut loqui* discatis *frugaliter.*

De Fin V, 27 *Dixerit hoc idem Epicurus, semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnunquam. Quem quidem, quum summis doloribus conficiatur, ait dicturum: quam suave est, quam nihil curo! Non pugnem cum homine,* cur *tantum habeat* in *natura boni illud urgueam, non intelligere eum, quid sibi dicendum sit, quum dolorem summum malum esse dixerit.*

Primum non nihil offendor repetito illo *quidem.* dein vero scribendum suspicor, cum (vel *quum*) *tantum habeat in* (vel *a*) *natura boni.* Doctrinae videlicet suae non consentaneum. II. de Fin. 15. *Itaque idem* (Epicurus) natura victus, *cui obsisti non potest, dicit alio loco id, quod a te etiam paullo ante dictum est, non posse jucunde vivi, nisi etiam honeste.* Confer omnino eiusdem L. II. C. 31. *Nibil in hac praeclara epistola scriptum ab Epicuro congruens, & conveniens decretis eius reperietis, ita redarguitur ipse a se, veneuntque scripta eius probitate ipsius ac moribus,* & de Off. I, 2. *Nam qui summum bonum instituit, ut nihil habeat cum virtute conjunctum, idque suis conmodis non honestate metitur, hic si sibi ipse consentiat* & non interdum naturae bonitate vincatur, *neque amicitiam colere possit, nec justitiam, nec liberalitatem.* adde Off. III, 33.

Tusc. Quaest. II, 19. *Venit Epicurus, homo minime malus, vel potius vir optimus: tantum monet, quantum intelligit: Neglige, inquit,*

quit, dolorem. Quis hoc dicit? Idem, qui dolorem summum malum. vix satis constanter audiamus.

Distinguendum adtendenti mecum, puto, videbitur, *vix satis constanter audiamus.* quid porro dicat videlicet; quemadmodum τῷ *audiamus* & alibi usus Tullius, & de Legg. II, 9. in fine, *Ita vero necesse est. Quare audiamus.* Ubi bene *verba legis*, quod addebatur, auctoribus libris delevit *Ernestus.* — τὸ *constanter* similiter habes Off. I, 21. *Sunt enim qui in rebus contrariis parum sibi constent: voluptatem severissime contemnant, in dolore sint molliores: gloriam negligant, frangantur infamia.* atque ea quidem non satis constanter. — & Off. II, 2. *Occurritur nobis, & quidem a doctis & eruditis, quaerentibus*, satisne constanter *facere videamur.* Conf. Tusc V. 9 *An malumus Epicurum imitari? qui multa praeclare saepe dicit; quam enim sibi constanter, & vehementerque dicat, non laborat* Ubi tamen *Ernestus* monet, τὸ *constanter* nusquam sibi repertum cum casu illo tertio, mavultque adeo deleri τὸ *sibi.* — Mihi incidebat posse scribi, *Quam enim sibi* constet, *convenienterque dicat, non laborat*, ex prolato loco Off. I, 21.

Ejusdem L. II, 21. *Est in animis omnium fere natura molle quiddam, demissum, humile, & enervatum quodam modo*, & languidum, senile.

Τὸ *Senile*, quod exulat a quibusdam libris, cum *Davisio* delet *Ernestus.* A maximis tamen viris dissentire si liceat, ego illud retineam libens, utpote doctius, ejecto contra τῷ *langui-*

gui-

guidum, quod Glossatoris, τὸ *senile* interpretantis, manum πολέσδει potius. — *Senium* enim pro *languore* poni, nemo mihi docendus, de quo loquendi genere nonnulla habet *Markland.* ad *Stat. S.* p. 54. Hinc *Senescens morbus*, VII. ad Div. 26, est *languescens*, *remittens*, non, ut ridicule *Schroderus* is, qui selectas *Tullii* epistolas in usum, si Diis placet, scholasticae Juventutis edidit, *qui diuturnus incipit fieri.* Sed operae est videre eiusdem hominis notam ad illa, VII. ad Div. 28, *ubi nec Pelopidarum*, & ridere (an miserari?) vix credendum stuporem. Et hic tamen *Senecam* etiam *Tragicum* nobis concinnavit. V. Acta Lipſ. ad A. CIƆIƆCCXXVIII.

Hi, moneo, posthac ne commentaria scribant,
Foedaque ne maculet scripta venusta manus,
Quos melior tiro naso jam ludit adunco,
Quorum jam pueris fabula facta labor.

Tusc. III, 29. *Itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Ajacis morte consolatus esset, is, quum audisset de* suo, *fractus est.*

Ernestus haec habet. „ immo de *sua* scilicet morte, aut addendum *filio* ex Ed. *Junt.* & Mſ. *Eliensi.* illud melius." Atque adeo sic edidit; quod tamen quo modo intellectum voluerit vir egregius, non videre me, fateor. — Ecquid vetat, quo minus *sui* scribamus? *filii morte* videlicet, nisi in *suo* subaudire dicas *Ajace*, ut placebat viro cuidam Eruditissimo. Non dissimili ἐλλείψει Germanicus apud *Tacit.*

An. I, 43. *Legissetis ducem, qui meam quidem mortem inpunitam sineret*, Vari *tamen* & trium legionum *ulcisceretur*. — sed nihil tritius.

De Legg. II, 6. in fine. *Q. quid quod Saleucum istum negat ullum fuisse Timaeus? M. At Theophrastus auctor haud deterior, mea quidem sententia, meliorem multi nominant: commemorant vero ipsius cives, nostri clientes, Locri.*

Locus procul dubio vitiosus. *Ernestus* scribit; *mea quidem sententia melior: eum* (scilicet Zaleucum) *multi nominant.* — Novi praeterea, cui corrigendum videtur, *At Theophrastus auctor haud deterior, mea quidem sententia melior, & multi nominant.* qua ratione voces *auctor — melior*, parenthesi separanda essent a caeteris. — Equidem simplicissimo remedio ita sanandum putabam locum, *Ait* (vel *At ait*) *Theophrastus, auctor haud deterior, mea quidem sententia, meliorem multi nominant, commemorant &c.* Conf. ab *Ernesto* laudatum locum ad Att. VI, 1. p. 694.

De Legg. III, 19. *Quo verius in nostra caussa vir magni ingenii, summaque prudentia, L. Cotta dicebat, nihil omnino actum esse de nobis. praeter enim quam quod comitia illa essent armis gesta servilibus, praeterea neque tributa capitis comitia rata esse* possent, neque *ulla privilegii: quocirca nihil nobis opus* esse *lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus.*

Emendandum videtur *posse*, flagitante, atque adeo jubente, ut opinor, orationis serie.

De Senect. c. 10. inter alia & haec ait Cato, *Consul in Hispania — quadriennio post, quum*

quum Tribunus militaris *depugnavi apud Thermopylas*.

Ad ista vero haec adjecit *Ernestus*, „ quomodo vir consularis fuerit tribunus militum?" insuetumne hoc igitur existimavit vir Praestantissimus? At V. *Livium* XLII, 49. § 4. *Duo consulares tribuni militum cum eo missi*, *C. Claudius & Q. Mucius*. Eumdem errorem ad eumdem hunc *Ciceronis* locum jam erraverat *Aldus*, quem propterea castigat *Duketus V. C.* ad *Liv.* XXXVI., 17. § 1. Ubi de hoc Catonis seu tribunatu seu legatione consuli possunt Interpretes.

JUSTINUS.

XXV, 5. *Caput eius (Pyrrhi) Antigono refertur: qui victoria mitius usus, filium eius Helenum, cum Epirotis sibi deditum, in regnum remisit, eique* insepulta *Patris ossa* in patriam referenda *tradidit*.

Compara, quaeso, rei eiusdem narrationem, factam a *Valerio Maximo* V. 1, Ex. Ex. 4. (quem locum opportune non Nemo mihi suggerit,) ubi Antigonus abscissum Pyrrhi caput corpori redditum honoratissime *cremandum* curasse traditur, nec dubitabis, credo, scribendum *sepulta*, quod mihi, ante inspectum *Valerii* locum, in mentem venerat. Mutatum illud a sciolo, qui τὸ *sepelire* de justis quibuscunque cadaveri factis usurpatum priscis ignoraverit sed v. *Cuper*. Obs. I, 7. Sic *Sepulturam* de crematione, aliisque justis funebribus ponit *Justin.* XV, 2, 3. *Occidit*

eum

rum tacita cum matre Barsini jubet, corporaque eorum terra obrui, *ne caedes* sepultura *praederetur.* Quin & *sepulchrum* pro rogo invenias apud *Terent.* Andr. I. 1. & *Tibul.* I, 3, 8. ubi V. Cl. *Heynius* & *Burman.* ad *Lucan.* III, 11. unde *sepulcralem facem*, apud *Ovid.* H. II, 120, exponamus, *qua incensus antea rogus.* — Neque alia est ratio τῦ *humare*, unde *inhumatus Tydeus*, qui crematus non est, *Stat.* Theb. IX, 299. ubi recte scholiastes, *qui non meruit* (hoc est *accepit*. v. praeter alios Doctiss. *A. V. Dorp* Obss. c. 4. p. 29.) *rogum*; ut ἄθαπτος πάτροκλος est apud *Homer.* Il. X 386; conf. *Cuper* l. l. *Cicero* de Legg. II, 22. *Nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt. Nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam justa facta & corpus incensum est. & quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus*, humati *dicantur*: *id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret*: *eumque morem jus pontificale confirmat.* V. *Ernest.* Clav. in V. cui obloqui nollem Doctissimum *Schellerum*, in Compend. praec. st. b. Lat. p. 75. & deinceps iisdem pene verbis P. iii, 562. & 753. Licet enim nemo sanus contenderit, synonyma esse τὸ *humare* & *cremare*, an propterea negandum invaluisse usu,

Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi;

ut *humare* de *crematione* diceretur? praesertim quum ante *humari* consueta fuerint cadavera, seu *humo condi*, quam *cremandi illa* mos increbresceret, atque adeo, mutata licet consue-

ſuetudine, antiquum tamen verbum remanſerit; cuius rei exempla plurima & ex Latina & ex linguis aliis facile poſſent proferri. Sed ipſe, ni fallor, hoc concedit *Schellerus*. Cur igitur mutetur vulgata apud *Nepotem* Eum. XIII. *Hi militari honeſto funere, comitante toto exercitu*, humaverunt, *oſſaque eius in Cappodociam ad matrem atque uxorem liberosque eius deportanda curaverunt*. Ubi *Lambino* adſenſus *Schellerus*, contra librorum omnium fidem, *cremaverunt* ſupponit. — Philoſophemur in linguarum ſtudio, non intercedo equidem, modo ne captemus argutias.

XXXVIII, 7. In Oratione Mithridatis, milites ad Romana ſive Aſiana bella incitantis, & haec reperiuntur; *magnumque temporis partem, non ut militiam, ſed ut feſtum diem acturos, bello dubium facili magis an uberi: ſi modo aut proximas regni Attalici opes, aut veteres Lydiae Ioniaeque audierint, quas non expugnatum eant, ſed poſſeſſum: tantumque ſe avida exſpectet Aſia, ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incuſſit rapacitas proconſulum, ſectio publicanorum, calumniae litium*.

Ultima num quis Eruditorum ſuſpecta ſibi eſſe ſignificaverit, ignoro, quum ſola ad manum ſit *Burmanni* Editio. Ferri illa non poſſe, certum eſt, in obliqua hac oratione; temerarium tamen adfirmare, ſcriptum fuiſſe olim, *adeo illis odium Romanorum incuſſiſſe rapacitatem proconſulum*, ſectionem *publicanorum*, calumnias *litium*. Licet eo vel ſimili modo ſcribi debuiſſe, negaturum opiner neminem. — Caeterum

to incutere contra *Gronovium*, *inurere* praeferentem, bene tueri videtur *Wopkensius* in Misc. Obss. V. XIV. p. 305.

HORATIUS.

II. Od. 20, 5.

——— *Non ego pauperum*
Sanguis parentum, non ego, quem vocas,
Dilecte Maecenas, obibo,
Nec Stygia cobibebor unda.

Notum est, quas turbas hoc in loco inportunum illud *vocas* excitarit, & quam varie id fuerit tentatum. Qui explicare conati sunt, duriora plerumque conmentos esse, omnes, credo, fatentur; nuperrima quoque Cl. *Jani* expositio contorta est admodum. De sanitate igitur loci quum dubitarem, ecce, legendam incidit.

——— *Non ego, quem* foves,
Dilecte Maecenas, obibo.

Usitata vi verbi, pro *amare, diligere, curare* saepius positi. *Ovid.* M. XIV, 33.

——— *Spretis tamen omnibus, unam*
Ille fovet *nympham.*

Ex certissima magni *Heinsii* emendatione, qui illic videndus. apposite *Sueton* Aug. 89. *Ingenia seculi sui omnibus modis* fovit. — Rarius illud

Ind *Claudiani* Nupt. Hon. & Mar. V. 119.

Scis Marium, patremque ducem, qui cuspide Gallos
Inperiumque fovet.

Ubi consulendus *Gesnerus*. Hac autem de conjectura eo confidentius secunda Doctorum suffragia spondere mihi ausim, quod suo illam praejudicio probarit Cl. *Schraderus ὁ μακαρίτης*.

Od. III. 27, 57.

Vilis Europe, pater arguit absens:
Quid mori cessas? potes hac ab orno
Pendulum zona bene te sequuta
Laedere *collum.*

Tuetur *τὸ laedere* Cl. *Janus* contra aliorum conamina, velut doctius, ac, nullo licet exemplo dictum, ferendum in Poeta lyrico. Recte, puto. — Non diversa multum ratione simplici hoc verbo pro conposito usus *Lucretius* V. 1000.

——— *Nec turbida ponti*
Aequora laedebant *naves ad saxa.*

Caeterum ex eo, quod zona hic laquei usum praestitura Agenoris filiae, illustrandum *Statium* Th. XI, 645. seq., moneo alibi.

III. Od. 29, 11.

Omitti mirari beatae &c.

Burmannus, vir suo merito Clarissimus, ad *Sulpic*. Sat. v. 9. miratur hic haesisse neminem, quum prima in *omitto*, quae corripitur semper, hic

hic *producatur* ab *Horatio*. — Atqui in *Jambico* versu *iambum* prima sede Poeta suo jure posuit, sicut I. Od. 16, 19.

Stetere caussae cur perirent.

Et seq. Od. v. 7.

Olentis uxores mariti.

Et Od. 19, 7.

Puer quis ex aula capillis.

Atque alibi saepius.

III. Od. 2, 25.

Est & fideli tuta *silentio.*

Merces.

Corrigere gestiebam, *multa merces* ex I. Od. 28, 27. (cuius carminis v. 12, 13.

———— *Nihil ultra*
Nervos atque cutem morti concesserat atrae,

ut de *Tithono* dictos, memoriae errore, adfert *Marklandus* ad *Stat. S.* p. 318. sed hoc ἐν παρόδῳ) confundique τὸ *tutus* & *multus* notabam apud *Propert.* I, 16, 38. Sed conatum reprimit Cl. *Janus*, prolato Augusti dicto ad Athenodorum apud *Plutarchum* T. II. p. 207. ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. — Praeter indicata ab eodem Cl. Viro loca, conparare cum sequentibus amo *Eurip.* Electr. 1354.

Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω,
Μηδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω,
Θεὸς ὢν θνητοῖς ἀγορεύω.

Ubi & alia & hunc ipsum Horatii locum adfert *Barnesius*.

JO. STERKE J. U. D.

ET SCHOL. DAVENTR. RECT.

SUSPICIONUM CRITICARUM SPECIMEN PRIMUM.

CAPUT I.

Propertius *aliquoties*, Anthologia Latina & Josephus Iſcanus *ſemel corriguntur*.

PROPERT. I. 4. 11.

Haec ſed forma mei pars eſt extrema furoris.
Sunt majora, quibus, Baſſe, perire juvat.
Ingenuus color, *&* multis decus artibus, *& quae*
Gaudia ſub tacita ducere veſte libet.

De verſu 13. diverſae ſunt eruditorum ſententiae, quas exhibet cl. BURMANNUS in notis. Pro *decus* BENTLEJUS ad HORATIUM IV. 13. 17. legit *decor*, & ita etiam in Cod. D'orvilliano. Corrigendum puto.

Ingenuus color & multus decor artubus, & *qua.*
Ita VIRGILIUS Aen. IV. 3.

Mul-

Multa *Viri* Virtus *animo*, multusque *recursat*
Gentis honor.

I. 10. 16.

Possum ego diversos iterum conjungere amantes;
Et dominae tardas *possum aperire* fores.

Miror, *tardas fores* adeo displicuisse HEINSIO & BURMANNO, ut in *duras*, *surdas* vel *tacitas* voluerint mutare. *Fores tardae* sunt, quae difficulter aperiuntur. *Difficiles* vocat OVID. *am.* I. 6. 2.

Difficilem *moto cardine pande* forem.

Conf. HORAT. I. 25. 3.

——————— *amatque*
Janua limen.
Quae prius multum facilis movebat
Cardines.

II. 2. 39

Gloria Romanis una es tu nata puellis:
Romano accumbes prima puella Jovi.
Nec semper nobiscum humana cubilia vises;
Post Helenam haec *terris forma secunda* redit.

Post varias, easque non infelices, doctissimorum virorum curas hic locus nondum sanatus videtur, nisi adhibita versuum trajectione, & voce *haec* deleta insuper mecum corrigas.

Gloria Romanis una es tu nata puellis:

Post Helenam terris forma secunda redis.
Nec semper nobiscum humana cubilia vises;
Romano accumbes prima puella Jovi.

II. 23. 44.

Curve in Herculeum deportant essede Tibur?
Appia cur toties te via ducit anum?

Omnes offendit versus minor, in eoque emendando eruditi vario modo ingenium exercuerunt. Nonne tamen recepta lectio, in quam, BURMANNO teste, plerique codices & vetustae editiones conspirant, vindicari poterit? si dicamus, Cynthiam veste atque habitu anum simulasse, ne agnosceretur, utque furtum amoris celaret. vid. Vers. 51.

Falleris. ista tui furtum via monstrat amoris.

II. 25. 33.

Non rursus licet Aetoli referas Acheloi
Luxerit ut magno fractus amore liquor.
Atque etiam ut Phrygio fallax Maeandria campo
Errat, & ipsa suas decipit *unda vias.*

Ultimum versum ne subtilissima quidem ratione satis commode explicari posse arbitratur cl. DE MEDENBACH WAKKER *amoen. Litt. cap.* 12. p. 91. audaci, ut ipse fatetur, conjectura corrigens.

Erret, *& ipsa suas* refluat *unda vias.*

Faciliori medicina locum ita sanandum puto;

Er-

Errat, & ipsa suas respicit unda vias.
argumento Ovid. *L. VIII. Metam. vs.* 162.
Non secus ac liquidus Phrygiis Maeandros in arvis
Ludit, & ambiguo lapsu refluitque fluitque
Occurrensque sibi venturas aspicit undas.

III. 3. 11.

Mars pater & sacrae fatalia lumina Vestae,
Ante meos obitus sit, precor, illa dies;
Qua videam spoliis onerato Caesaris axe
Ad vulgi plausus saepe resistere equos.
Inque sinu carae nixus *spectare puellae*
Incipiam, & titulis oppida capta legam.

Ultimum distichon commode explicari non posse animadvertit Cl. Burmannus; potius itaque cum Nic. Heinsio emendandum putat:

Inque sinu carae nixus spectare puellae
Incipiam titulis oppida lata suis.

Capta tamen tuetur in vs ult. Videant acutiores, num forte scripserit poëta:

Inque sinu carae vinctos *spectare puellae*
Incipiam, & titulis oppida capta legam.

Hostes devictos manibus post tergum revinctis in triumpho deduci solitos, notissimum est. vid. praeter alios Onuphr. Panvinium de *triumpho lib. I.*

III. 11. 35.

Hinulei pellis totos *operibat amantes,*
Altaque nativo creverat herba toro.

Totos suspectum fuit HEINSIO, cum conjecerit *positos*. *Totos amantes* forte dixisse PROPERTIUM putat cl. BURMANNUS, ut *lib. II. el.* 12. *vs.* 28.
Masculus & totum *femina conjugium.*
Quamvis non negem, in singulari hujus vocis usu sibi placuisse PROPERTIUM, suspicor tamen hoc loco scripsisse:

Hinulei pellis tutos *operibat amantes.*

III. 14. 19.

Sanguine tam parvo *quis enim spargatur amantis*
Improbus? exclusis fit comes ipsa Venus.

Parvo semper me offendit. *Parvus sanguis* occurrit quidem apud LUCANUM, & *magnus sanguis* apud alios, quos laudat Cl. SCHRADERUS *emend. cap.* 2. *p.* 22. haec tamen loca nondum mihi persuadent, ut PROPERTIUM hic ita scripsisse credam. Mihi magis probabile est reponendum esse:
Sanguine tam sacro *quis enim spargatur amantis*
Improbus?
Ita *Tibullus I.* 2. 27. qui locus cum nostro conferri meretur:

Quis

uisquis amore tenetur, eat tutusque facerque
Qua libet. insidias non timuisse decet.

t ipse noster *vs.* 11. *h. e.*

lec tamen est quisquam, facros *qui laedat amantes.*
Scironis medias his licet ire vias.

IV 3. 45

omanis utinam patuissent castra puellis!
Essem militiae sarcina fida tuae.
lec me tardarent Scythiae juga, quam pater altas
Africus in glaciem frigore nectit aquas.
mnis amor magnus, sed aperto *in conjuge major.*
Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipsa facem.

In *vs.* 49. veram PROPERTII manum deside-ari nemini dubium erit. *Amor in conjuge* pro *in onjugem* nusquam inveniri, docuit Cl. SCHRA-ERUS *emendat. cap.* 9. *p.* 171. qui, huic in-ommodo ut mederetur, & quia *apertus con-ux* cum sententia non convenit, ita correxit.
Omnis amor magnus, sed in apta *conjuge major.*
ere hunc locum restituisse sibi videtur cel. URMANNUS, legendo;
Omnis amor magnus, deserta *in conjuge major.*
leque nego, hanc correctionem habere, quo tueatur. Diu est, cum conjiciebam:
mnis amor magnus, sed spreta *in conjuge major.*
t hujus conjecturae nondum plane me poe-itet. Sperni se a maritis absentibus perpetua torum querela est. Ipsa Laelia in praece-ntibus vs. 11.

 Haec

Haecne marita fides? hae pactae sunt mihi noctes

Conf. Ovid. *Ep. VII. vs.* 29.

Non tamen Aeneam, quamvis male cogitat, odi
Sed queror infidum, questaque pejus amo.

I V. 6. 31.

Non ille adtulerat crines in colla solutos,
Aut testudineae carmen inerme lyrae.
Sed quali adspexit Pelopeum Agamemnona vultu
Egessitque avidis Dorica castra rogis.
Aut qualis flexos solvit Pythona per orbes
Serpentem, inbelles quem timuere lyrae.

Non immerito *Lyrae* offendebant editorem *Elect. Etonens. Major.* dum vox illa mox praecessit. Cogitabam aliquando;
——————— *inbelles quem timuere* ferae,
ita ut inbelles dicantur, tamquam Pythoni impares. An forte tamen rectius legemus?
——————— *inbelles quem timuere* viri

Ovid. 1 *Metam.* 439.
Illa quidem nollet, sed te quoque, maxime Python
Tum genuit: populisque novis, incognita serpens,
Terror eras.
Sed hae sunt conjecturae, quas libens relinquam, simul ac commodior lectio adferatur.
Certiorem, ni fallor, medicinam faciam Carmini de vocibus animalium, quod exhibet Burmannus *Anth. Lat. tom. II. p.* 434. ubi vs 13 haec leguntur:

In

Interea perdix cacabat, nidumque revisit;
* Nauculus cantans scottos iter ire *perurget.*

Burmanno difficilis hujus loci sanatio videtur sine ope melioris codicis. Tentat tamen;

Nam cuculus cantans socios iter ire perurget.

Nonne corrigendum est?

Nam cuculus cantus solitos iterare perurget.

Forte tamen pro *nam* aliquis malit *cum.* Sed tam anxia cura hic non videtur adhibenda.

Hoc carmen de vocibus animalium me reducit in memoriam loci corruptissimi apud Josephum Iscanum *Lib. V. de bello Trojano vs.* 385.

——————————— *Cavat ardea rostro*
Mormoreum fossore solum, luscinia planat,
Psittacus inscribit apices, *Philomela precatur,*
Plangit olor, turtur tinnit.

Absurdam lectionem *inscribit apices* ita emendandam suspicatur Burmannus in *not. ad Anth. Lat. tom. II. p.* 428.

Psittacus inquit ave; sic & *Philomela precatur.*

In voce *apices*, *ave* latere recte perspexit vir Cl. miror autem sollertiam ejus effugisse, legendum esse;

Psittacus inquit ave Caesar; *Philomela precatur.*

In

In ultima syllaba vocis, *apices*, latere *Caesar*, per compendia litterarum scriptum, nemini dubium erit. de formula autem *ave Caesar* vid. *l. in not. l.*

CAPUT II.

JUVENALIS, *ejusque Scholiastes, tentantur.*

JUVENALIS interpretes, quorum commentarios HENR. CHRIST. HENNINII editio exhibet, id mihi saepius egisse visi sunt, ut qualemcumque ei affingerent explicationem, quam ut veram restituerent, germanamque lectionem. Plurima sane in hoc Poëta, quem Satyricorum principem nonnulli habuerunt, adhuc reperiuntur, quae medicam manum desiderant, & ab interpretibus vel alto silentio praetermissa sunt, vel perperam explicata.

In *Satyra II*, ubi acerbissime invehitur in simulatam probitatem, *vers* 149 ita pergit:

> *Esse* aliquos *maneis*, & *subterranea regna*,
> *Et* pontum, & *Stygio ranas in gurgite nigras*,
> *Atque una transire vadum tot millia cymba*,
> *Nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur.*

Ita impii sunt homines, inquit, ut ne pueri quidem, nisi admodum pusilli, inferos esse credant.

Pa-

Pari fere modo Pythagoras apud Ovid. *Metam XV.* 153.

O genus attonitum gelidae formidine mortis!
Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis.

De sensu itaque Poëtae satis constat, sed non item de verbis. Pro *Esse aliquos maneis* Burmannus ad Propertium IV. 7. 1. recte restituisse mihi videtut *Esse aliquid.* Sed quis est ille pontus in versu sequenti?

Et pontum, *&* *Stygio ranas in gurgite nigras.*

Apud interpretes altum de hoc loco silentium est, si solum excipias Jo. Britannicum, qui pro *pontum*, *contum* legit, & hanc explicationem addit: *lignum cuspidatum, quo utuntur nautae ad tentandum alvei fundum, & ducendam navem, ac per hoc significat Charonta* &c. Sed per *contum* Charonta hic significasse Poëtam, nemini, puto, facile probaverit. De cymba Charontis sermo est in *vers.* 151.

Atque una transire vada tot millia Cymba.

De diversa autem lectione nullam mentionem facit Britannicus. *Contum* agnovisse etiam videtur vetus Scholiastes, laudans Virgilium VI. *Aen. vers.* 302. Quem locum tamen mendose hoc modo adfert.

Ipse ratem ponto subiit, *velisque ministrat:*

pro

pro *conto subigit.*
Apud JUVENALEM *contum* etiam legi in MS. quo VOSSIUS usus est, mecum communicavit Vir doctissimus. Hanc autem veram Satyrici lectionem esse, eique obversatum VIRGILIUM *l. l.* vix adduci possum, ut credam. Neque id ita visum est Nob. HEINSIO, qui aliquando putavit scribi oportere: *Et Porthmeum* vel *Porthmeaque &c.* vid. BURMANNUM in not. ad VIRGIL. *l. l.* Num forte scripsit Poëta?

Esse aliquid *maneis, & subterranea regna,*
Et cantum. *& stygio ranas in gurgite nigras,*
Atque una transire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur.

Cantum & ranas pro ranis cantantibus trita dicendi forma. Notissimi autem cantus sunt, qui ranis attribuuntur ab ARISTOPHANE in Comoedia ejus nominis, ubi *Act.* I. *Scen.* 4. ad remum agendum Bacchum incitans Charon, suavissimos illum auditurum dicit ranarum cantus, si semel remo incubuerit.

De vera lectione etiam parum solliciti fuerunt JUVENALIS interpretes in *Satyra VIII. vers.* 195. ubi ita quidem legimus:

Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita pone:
Quid satius? mortem sic quisquam exhorruit: ut sit
Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?

Substitue:

Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita poni:

Ita

Ita Ovid. *Metam II. vers.* 74.

Finge datos currus: quid agas?

Et Heroid. *Epist. X. vers.* 63.

Finge dari comitesque mihi, ventosque, ratemque
Quid sequar?

Ad intelligendum Juvenalem multum saepe lucis adferunt veteris Grammatici Scholia, sed aliquando etiam misere corrupta sunt. Ad *Satyram XIV. vers.* 280.

Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.

haec addit vetus Scholiastes:
Gaditano Oceano sol mergens stridet, ut si ferrum candens in aqua tingas. Ultra Herculis columnas dicit: ad mare mortuum, *ultra quod navigare non conceditur* &c.
Quid hic *mare mortuum* lacus Syriae? Nonne legendum est? *ad mare oceanum. Parva quaedam insula est*, legimus apud Ciceron. in *somnio Scipionis cap.6, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Mare* autem *Oceanum* saepe occurrit. vid. qui laudantur in not. ad Florum IV. 12. 49. & ita etiam ipse vetus Scholiastes ad Sat. II. 160. *Suberna insula Britanniae, sita in* Oceano mari &c.

CA-

CAPUT III.

VELL. PATERCULUS *corrigitur restituto verborum ordine.* CICERO *bis tentatur.*

Ex confuso verborum ordine saepe corruptelam contraxerunt Veterum Scripta. Apud VELLEJUM PATERCULUM *Historiae Romanae Lib. II. cap* 10 *in initio fere* ita huc usque fuit editum: *Adeo mature a rectis in vitia, a vitiis in prava, a pravis in praecipitia pervenitur.* Celeberr. D. RUHNKENIUS locum turpi glossemate liberandum, & in posterum sic legendum esse putat: *Adeo mature a rectis in prava, a pravis in praecipitia pervenitur.* Si a tanto viro dissentire mihi liceat, faciliori medicina sanitatem his verbis restitui posse puto, si ita legamus: *Adeo mature a rectis in prava, a pravis in vitia, a vitiis in praecipitia pervenitur.* Neque enim verba *in vitia a vitiis* mihi ejicienda videntur. CICERO quidem scripsit *Parad. III.* 1. *Pravitates animi recte vitia dicuntur;* an *vitia* tamen & *prava* numquam a Veteribus auctoribus distinguantur, dubitare licet. Apud SENECAM *de ira Lib. I. Cap.* 16 legimus: *Cn. Piso fuit memoria nostra vir a multis* vitiis *integer, sed* pravus, *& cui placebat pro constantia rigor.* Sive autem *prava* & *vitia* ita distingue-

guere velimus, ut *pravum* & *malum* distinxit CORTIUS ad SALLUSTII *Catilinam cap.* 5. sive dicamus, saepius ita loqui scriptores veteres, ut ea distinguant, quae eamdem vim habere videantur; cum periodi orbe, in quo nonnumquam festivitatem quamdam aucupari solet VELLEJUS, mihi convenire videtur, ut verba *in vitia a vitiis* retineamus, & ordine immutato legamus: *Adeo mature a rectis in prava, a pravis in vitia, a vitiis in praecipitia pervenitur.*

Similì verborum trajectione restituendus mihi videtur CICERO *Lib. II. de Oratore cap.* 78. *Neque est dubium, quin exordium dicendi vehemens & pugnax non saepe esse debeat: Sed si in ipso illo gladiatorio vitae certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quae non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur; quanto hoc magis in oratione exspectandum, in qua non vis* potius. sed delectatio *postulatur. Potius* delendum esse putavit ERNESTUS. PEARCIUS pro *sed* voluit legere *quam.* Recepta lectio defenditur in *Biblioth. Crit. Part.* I. *p.* 21. Ubi etiam pro *exspectandum* verissime reponitur *est spectandum.* Mihi scripsisse videtur: *non vis, sed potius delectatio.*

Sed haec tanti non sunt, neque de hac correctione magnopere contendo. Utiliorem forte operam praestabo CICERONI de *Oratore II.* 23. Ubi ita legimus:

Et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus, alii complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imi-

tandae *genere versati; quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit.*

Pro *veritatis* PEARCIUS dedit *Virtutis*. ERNESTUS defendit lectionem receptam, sed vim *veritatis* non recte percepisse videtur Viro Docto in *Bibl. Crit. part.* I. *p.* 24. qui, si quid mutandum, potius ejiceret *imitandae*. Celeb. RUHNKENIUS correxit *veritatis tutandae*, *l. in Bibl. Crit. l.* Mihi aliquando incidit suspicio, legendum esse: *tamen sunt omnes in eodem veritatis* limandae *genere versati*.

Ita certe loquitur *Lib. II. de Off. cap.* 10. *cum veritas ipsa* limatur *in disputatione*.

CAPVT IV.

SULPICIAE *Satyra tentatur. Varia Lectio in* EUTROPIO *proponitur.*

In obscurissima & librariorum erroribus misere depravata SULPICIAE *Satyra* in Edictum Domitiani, quo, ut narrat SUETONIUS in ejus *vita cap.* 10. omnes Philosophos urbe Italiaque submovit, ita invehitur Poëtria vs. 35.

Nunc igitur qui res Romanas imperat inter,
Non trabe, sed tergo prolapsus, & ingluvie albus,
Et studia, & sapiens hominum nomenque genusque,
Omnia abire foras, atque urbe excedere jussit.

Quid

*Quid facimus? Grajos hominumque relinqui-
mus urbes,*

Ut Romana foret magis his instructa magistris.

Primum versum contra alios recte vindicavit Vir Doctus in *Observ. Misc. vol. VI. p.* 368. An autem vs. 2. ita exponi possit, ut CASAUBONUS in epistola ad SALMASIUM, edita inter ejus *Epist. pag.* 28. vel BARTHIUS *lib. I Advers. cap.* 18. cui adsentitur Vir Doctus, tentarunt, equidem vehementer dubito. Probabilior mihi videtur sententia JOH. BURBRII, in iisdem *Observ. Misc. Vol. VII. p.* 257. pro

Non trabe sed tergo prolapsus,

restituentis,

In rabiem tetre prolapsus.

Si pro *tetre* legamus *retro*, cum Historicis apprime convenit SULPICIA. Domitianus *ab juventa minime civilis animi, confidens etiam, & cum verbis tum rebus immodicus fuit*, juxta SUET. in ejus *vita cap.* 12. Quin *nondum ad curas intentus stupris & adulteriis filium principis agebat*, ut narrat TACITUS *Hist. IV. cap.* 2. Unde etiam adolescentiam ejus *maculosam* appellat AUR. VICTOR *de Caes. cap.* 11. §. 1. Sed *sperni a senioribus juventam suam cernens, modica quoque & usurpata ante munia imperii omittebat; simplicitatis ac modestiae imagine in altitudinem conditus; studiumque litterarum & amo-*

M 2 *rem*

rem carminum simulans; quò velaret animum; teste eodem TACITO *Hist. IV. cap.* 86. Ea itaque arte Domitianus vitia, quae in eo erant innata, paulisper occultabat. Hinc EUTROPIUS *Lib. VII. Cap.* 23 *primis tamen annis moderatus in imperio fuit, mox ad ingentia vitia progressus, libidinis, iracundiae, crudelitatis, avaritiae tantum in se odii concitavit, ut merita & patris & fratris aboleret.* „

Hic locus forte cuiquam de vitio erit suspectus, si attendat ad simulationem illam modestiae & clementiae, qua vitia sua, a natura insita, quibusque juventam suam infamem reddiderat, initio imperii obtegere studuerat Domitianus; ut memorant, praeter TACITUM *l. l.* SUETONIUS *cap.* 2. & AUR. VICTOR *l. l.* §. 3. Forte aliquis cogitabit, EUTROPIUM scripsisse, *mox ad* ingenita *vitia progressus*. neque de hac emendatione dubitandum esse pronunciabit, si sciat, ita lectum ante sex saecula in Codice, quo usus est *Chronicae Regiae S. Pantaleonis* Auctor, in *corpore Historicorum medii aevi* JO. GEORG. ECCARDI *Tom.* 1. *col.* 745. ubi inter plurima alia totum etiam hoc EUTROPII caput totidem verbis descripserat.

Neque nego, me aliquando in ea opinione fuisse, nunc vero ampliandum vel potius abstinendum censeo. Hoc autem etiam SULPICIA voluisse mihi videtur, cum Domitianum, qui primis imperii annis moderatum & clementem se gesserat, *in rabiem retro prolapsum* dicit. Non enim Philosophos ejecit primis imperii annis, sed tum demum, quando *neque in clementiae neque in abstinentiae tenore per-*

man-

manserat, sed *ad saevitiam* jam *desciverat*, & inprimis postquam *Junium Rusticum* occiderat, *quod Paeti Thraseae & Helvidii Prisci laudes edidisset. appellassetque eos sanctissimos viros: cujus criminis occasione Philosophos omnes urbe Italiaque submovit.* Vid. SUETON. *cap.* 10. Neque minus corruptus est vs. 39.

> *Quid facimus?* Grajos hominumque *relinquimus urbes.*

Illae *hominum urbes* recte BURMANNO ineptae visae sunt. Pro *relinquimus* PITHOEUS & BOXHORNIUS jam ediderunt *reliquimus*, idque etiam probat Vir doctus in *Obs. Misc. Vol. VI. p.* 371. ita corrigens:

> *Quid facimus?* Grajorum hominumne *reliquimus urbes,*
> *Ut Romana foret magis haec instructa magistris?*

Facilis quidem correctio; mihi tamen vitium latere videtur in voce *hominum*, quae mox praecessit. Num forte substituendum est?

> *Quid facimus? Grajos* Danaumque *reliquimus urbes.*

Danaum urbes pro Graecis, uti *Danaum puppes* apud VIRG. *Aen. II.* 275. *Danaum naves Aen. II.* 462. *Danaum rates* apud PROP. *II.* 20. 38. & alibi.

CAPUT V.

Auctor Collationis Legum Mosaic. & Rom. *nonnullis locis tentatur. Restituitur* Lex 4. §. 16. *D. de dol. mal. & met. except.*

In *Tit. I.* §. 6. *Collat. Leg. Mos. & Rom.* corruptissimum exstat Hadriani rescriptum, cujus priora verba ita omnes exhibent editiones: *Et qui hominem occidit, absolvi debet; scilicet, si non occidendi animo id admisit; & qui non occidit, sed voluit occidere, pro homicida damnatur.* E re itaque constituendum est ex quo ferro percussit ipsa fundiens.

Ad haec sananda certatim operam suam contulerunt eruditi. vid. praeter eos, quos laudat SCHULTINGIUS in not. Cl. HERM. & JOAN. CANNEGIETEROS, J. J. STRUCHTMEYERUM, *Anim Crit, L. I, C* 14. *p* 79. & Vir. Doctum in *Observ. Misc. Vol. III. pag.* 274. aliosque, quos referre longum est.

NOODTIUS putat ex glossemate orta esse postrema verba: *ex quo ferro percussit ipsa funditus.* Huic sententiae favet Lex 1 § 3. D. *ad leg. Corn. de Sicar.*, ubi etiam sunt omissa. Sed licet forte non ipsius Hadriani verba sint, non tamen pro glossemate rejicienda putem. Quis enim nescit, auctorem, quisquis tandem sit, qui hanc Collationem compilaverit, non ipsa semper auctorum ve-

te-

terum verba exhibere, sed de suis aliquando plura adjunxisse. Nisi quis malit cum JOAN. VAN DE WATER *Observ. Jur. Rom. Lib. I. c.* 17. Martianum non exacte retulisse ipsa Hadriani verba, sed ea omisisse, quae ipsi superflua viderentur. Quidquid sit, cum pluribus eruditis mihi haec verba videntur retinenda. Cum autem ad ea sananda a Codd. MSS. frustra opem exspectare videamur, resque ad conjecturam redeat, quid prohibet, quo minus novam suspicionem proferamus. Num forte scripsit Hadrianus, vel, quod malim, auctor Collationis?

E re itaque constituendus est, & ex ferro, quo percussit, ipsius animus.

Correctio non admodum violenta est, sensus autem satis apertus. Occidendi animus aeque ex armorum genere praesumi solet. vid. *leg.* 2. *Cod. Theod. de emend. servor.* ac ex re, id est facto, sive circumstantiis, quae dicuntur, si quis ferro quidem percussit, sed non occidendi animo. Haec autem conjectura inde nonnihil forte confirmatur, quod in margine editionis Parisiensis a. 1586. Vir Doctus in *Observ. Miscel. l. l.* notatum vidit: *E re itaque constituenda est & ex quo ferro percussit, ipsa voluntas.* Quae verborum mutatio mihi non varia lectio videtur, sed potius rescripti explicatio.

Neque minus eruditorum ingenia exercuit edictum Diocletiani & Maximiani de *Maleficis & Manichaeis*, quod nobis reliquit auctor *Collat. Leg. Mos. & Rom. Tit.* 15. §. 3. cuique

que inter fragmenta *Cod. Gregoriani lib. XIX. tit.* .. etiam locum dedit SCHULTINGIUS. Maxime autem in eo depravata sunt verba sequentia:

Hi enim, qui novellas & inauditas sectas de terroribus religionibus obponunt, ut pro arbitrio suo pravum excludant, *quae divinitus concessa sunt.* Quoniam *nobis, de quibus solertia tua serenitati nostrae retulit, Manichaeos audivimus eos nuperrime, velut nova inopinata prodigia in hunc mundum de Persica adversaria nobis gente progressa, vel orta esse: & multa facinora ibi committere &c.*

Omnium eruditorum, qui post SCHULTINGIUM in hoc loco emendando operam posuerunt, nomina referre nihil attinet. vid. praeter alios, quos laudat Cl. HERM. CANNEGIETERUS *in commentario pag.* 322. Num quisquam eorum veram scripturam restituerit, dijudicent alii. Non vereor autem, ne quis de sua emendatione tam firmiter contendat, ut novam plane respuat. Equidem ita forte legendum esse puto:

Hi enim, qui novellas & inauditas sectas veterioribus religionibus opponunt, ut pro arbitrio suo pravum excludant, excludunt *quae divinitus concessa sunt.* Constat etiam *nobis, de quibus solertia tua Serenitati nostrae retulit, Manichaeos* esse, *audivimus nuperrime &c.*

Pro *deterroribus* ad marginem edit. Paris. est *veterioribus*; idque etiam alii receperunt. Nec gravis medicina est, pro *excludant* legere *excludant, excludunt.* In ejusmodi vocabulorum geminatione saepissime alterum excidit. Si-

mili

mili ope Vell. Paterculi locum optime sanitati restituit Celeb. Ruhnkenius in *not. ad Lib. II. Cap.* 17. Neque cetera a vulgata scriptura magnopere differunt.

Admodum quoque depravatum eadem Collatio *Tit.* 15 §. 2. ex Ulpiani *Lib. VII. de officio Proconsulis* nobis exhibet Senatusconsultum de Mathematicis:

Denique (ibi legimus) *extat Senatusconsultum Pomponio & Rufo conss. factum, quo cavetur; ut Mathematicis, Chaldaeis, ariolis & ceteris, qui similem* incertum *fecerunt, aqua & igni interdicatur: omniaque bona eorum publicentur:* & sic aeternus gentium qui si *id fecerit, ut in eum animadvertatur.*

Cl. Herm. Cannegieterus in eruditissimo commentario *pag.* 293. varias adfert eruditorum emendationes; ipse autem defendit *incertum*, legendo *simile incertum.* Minima mutatione forte legendum est: *& ceteris, qui* similem rem ineptam *fecerunt.*

Pro ineptiis habitas esse mathematicorum artes, docent sequentia: *saepissime denique interdictum est fere ab omnibus Principibus, ne quis omnino hujusmodi ineptiis se immisceret.* Pro *aeternus* in posterioribus verbis jam substituit Schultingius *externarum.* Legere itaque malim: *Et* si *externarum gentium* quis id *fecerit, ut in eum animadvertatur.*

Uti autem in hoc Ulpiani *Lib. VII. de Off. Procons.* me quidem judice, duo vocabula male in unum sunt contracta, ita in alio ejusdem loco ex *Lib.* 76. *ad Edictum*, quem invenimus in *Leg.* 4. §. 16. *D. de dol. mal. & met. except.*

unum vocabulum perperam sejunxisse mihi videntur librarii.

Adversus parentes, ibi legimus, *patronosque neque doli exceptio, neque alia quidem, quae patroni parentisve opinionem* apud bonos mores *suggillet, competere potest.*

De sensu nemini dubium erit. *Liberto & filio semper honesta & sancta persona patris ac patroni videri debet*; ut est in leg. 9. *D. de obs. parent. & patr. praest.* Hinc *nec famosae actiones adversus eos dantur, nec hae quidem, quae doli vel fraudis habent mentionem.* vid. Lex 5 D. eodem. Quemadmodum autem actio de dolo non dabatur adversus parentes vel patronos, cum esset famosa, sed actio in factum, ita nec exceptio de dolo adversus eos competebat, sed exceptio in factum. Sed verba *apud bonos mores* sana esse, mihi non persuadent argumenta, quae adfert amplissi. BYNKERSHOEKIUS *Observ. Jur. Rom. Lib. VI. cap.* 25. Quidam legunt *apud bonos moratosque*. ANT. FABER correxit *apud bonos viros*. Propius ad veritatem accedere videtur DES. HERALDUS *Lib. I. de rer. jud. auct. cap.* 9. in *tom. II. Thes. Ottonis pag.* 1125. qui *mores* e margine in textum irrepsisse putat. Judicent tamen acutiores, an forte reponendum sit: *quae patroni parentisve opinionem* apud honestiores *suggillet*. Hoc vocabulum tum saepius in jure occurrit, tum apud eumdem ULPIANUM in *Leg.* 5. §. 4. *D. de auct. & cons. tut. & curat.*

* * *

* *

S.

S. WYNGAARDEN,

GYMNASII CAMPENSIS RECTORIS,

OBSERVATIONES CRITICAE.

In Hesychium.

Ἀνηκούστησε] παρήκουσεν, ἀνήκοος ἐγένετο. ταχέως ἤκουσεν.

Ultima a Cl. Alberto perperam tentantur, sensum loci Homerici (Il. o. vs. 236) expressit: subito Patris mandata exsequutus dicitur Apollo, atque inde in sequentibus versibus cum celerrima ave accipitre comparatur.

Ἐκ δ' ἕλον] ἐξέδωκαν.

Varias VV. DD. hac de Glossa conjecturas profert Cl. Editor. sed nil mutandum videtur. Respexit Il. ψ. vs. 860. Ἐκ δ' ἕλον Ἀτρείδης κ. τ. λ. ad quem locum Scol. ἐκ δ' ἕλον] ἀντὶ ἐξαίρετον ἔλαβον καὶ ἔδωκαν. Quae in compendium redegit Hesychii Epitomator. cf. V. Ἔξελον] ἐξαίρετον ἔδωκαν. ita enim legendum videtur.

Ἐνεύναιον] μέγα καὶ πολὺ ἐγκοίτιον

Scri-

Scribendum videtur.

Ἐνεύναιον μέγα καὶ δασὺ] ἐγκοίτιον.

Ut respexerit Homeri locum Od. ξ vs. 51. cf. V. αὐτῦ ἐνεύναιον.

Χοροκάλη] καλῶς χορεύουσα.

Leg.

Χορῷ καλὴ] καλῶς χορεύουσα. Ex Il. π. vs. 180.

Ποσαχως] κατα κ. τ. λ.
Πῶ δέ] ποῖ πῦ.

Favente iterum litterarum ordine legendum videtur;

Πόσε] ποῖ. πῦ ex Hom. Il. π. vs. 422. — πόσε φεύγετε.

Theocriti Id. XVI. vs. pen.

τί γὰρ χαρίτων ἀγαπατὸν
Ἀνθρώποις ἀπάνευθεν;

Transpositis vocabulis ἀγαπατὸν & ἀπάνευθεν, Poeta forte dederat.

τί γαρ Χαρίτων ἀπάνευθεν
Ἀνθρώποις ἀγαπατόν.

Id.

Id. V. vs. 109.

'Ακρίδες - - - - -
Μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος, ἐντὶ γὰρ ἆβαι.

Num ex vestigiis lectionis codicis αὖαι legendum

- - - ἐντὶ γ' ἀραιαί.
„ *Sunt quippe tenues & imbecilles.*

Id. XXI. vs. 34 seqq.

"Αλλως καὶ σχολή ἐστι. τί γὰρ ποιῆν ἂν ἔχοι τις
Κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύμασι, μηδὲ καθεύδων
"Ασμενος ἐν ῥάμνῳ; τὸ δὲ λύχνιον ἐν Πρυτανείῳ
Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν.

Ita locum exhibet Editio Cl. Valcken. Codex Vaticanus praebet ἄλονος ἐν ῥάμνῳ, quod & in editione Ald. comparet, Hinc Reiskius effecit αἶνος ἐν ψάμμῳ. In sensu loci constituendo, a se invicem discedunt Casaub. ad Athen. p. 992. & Villoisonus (Bibl. Crit. vol. 2. p. 3. pag. 106. 107.) — Num Poeta forte dedit

τί γὰρ ποιῆν ἂν ἔχοι τις
Κείμενος ἐν φύλλοις ποτὶ κύμασι, μηδὲ καθεύδων·
'Αλλ' ὄνος ἐν ῥάμνῳ, τὸ δὲ λύχνιον ἐν Πρυτανείῳ·
Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν.

Scilicet κακόν: Ut sensus sit „ quid enim quis „ faciat, qui ad mare in foliis jacet, neque „ dormit. Sed (quid queror?) ὄνος ἐν ῥάμνῳ „ (οὐκ ἐν μύρῳ) sit oportet: τὸ δὲ λύχνιον ἐν Πρυ-

„ τα-

„ πάντιφ — οἱ τὰ μαλακὰ φορῦντες ἐν τοῖς οἴκοις
„ τῶν βασιλέων ἐισιν.
„ Piſcatores ſumus, labores moleſtiasque ae-
„ quo animo ferre debemus, (φαντὶ γὰρ κ. τ.
„ λ.) his etenim *malis* vitam noſtram ob-
„ noxiam eſſe omnes fatentur.
Aſinum autem & ſpinis veſci notum eſt.

Id. XXIII. vs. 13.

Τᾶ δὲ χολᾶ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο· φεῦγε δ' ἀπὸ χρώς
Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος· ἀλλὰ καὶ οὕτως
Ἦν καλός· ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς.

Haec, Valckenaerio judice vitiata, leni mutatione emendata videntur, si ſcribamus,

. . . . φεῦγε δ' ἀπὸ χρώς
Ὁ πρὶν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος, *priusquam iraſceretur*
Uſum hujus particulae πρὶν cum genitivo caſu, jam notavit Hoogeveenius in Doctr. Part. Graec. Cap. 67.

Bionis Epitaph. Adonid. vs. 94.

Καὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν Ἄδωνιν·
Καί μιν ἐπαείδουσιν, ὁ δὲ σφίσιν οὐκ ἐπακούει.

Praeter Heskinum, locum hunc tentavit F. Jacobs in Spec. Emend p. 54 in vocibus καί μιν ἐπ- nomen proprium latere ſibi perſuadens Κλεινίδης.

Mi-

Mihi tamen leniori mutatione ſcribendum videtur;

——— Ἄδωνιν
Αἱ μὲν ἐπαείδουσιν, ὁ δὲ σφίσιν οὐκ ἐπακούει.

Idem fere color eſt in Bioneis vs. 13—15.

Θνάσκει καὶ τὸ φίλαμα, τὸ μήποτε κύπρις ἀφήσει
Κύπριδι μὲν τὸ φίλαμα καὶ οὐ ζώοντος ἀρέσκει.
Ἀλλ' οὐκ οἶδεν Ἄδωνις ὅ μιν θνάσκοντ' ἐφίλασεν.

Moſchi Id. II. vs. 131.

Πῶς δὲ κέλευθον
ἈΡΓΑΛΕΟΙΣΙ πόδεσσι διέρχεαι, οὐδὲ θάλασσαν
Δειμαίνεις;

Quid ſi, ut oppoſitio clarius appareat, legatur

Πῶς δὲ κέλευθον
ΘΑΡΣΑΛΕΟΙΣΙ πόδεσσι διέρχεαι κ. τ. λ.

Tibull. L. 1. El. 3. vs. 47, 48.

Non acies, non ira fuit, non bella; nec enſem
Immiti ſaevus duxerat arte faber.

Quamquam *ars* fabri recte a Poetis *immitis* dici poteſt, hoc tamen loco Tibullus mihi ſcripſiſſe videtur,

——— ——— *nec enſem*
Immiti *ſaevus duxerat* aere *faber.*

ex

aes, primum omnium metallorum inventum; antiquisſimis temporibus ferri defectum ſupplebat. Heſiod. Εργ. κ. Ημ. vs. 149. — *Immiti aere* Graecum eſt & Homericum νηλεϊ χάλκῳ. *Ducere aere*, ut *ducere argento* Virgilio. — Idem vero Color eſt in Sophocleis (Ajac. vs. 1034, ſeq. Ed. Brunck.)

Ἆρ' οὐκ Ἐρινὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος
Κἀκεῖνον Ἅιδης, δημιουργὸς ἄγριος.

Id. L. 1. El. 7. vs. 53.

Sic venias hodierne. *tibi dem thuris honores*
Liba & Mopſopio dulcia melle feram.

Hodierne pro *hodiernus* h. *hodie* vix placet. — In plerisque Codd. eſt *dum* pro *dem*. Hinc Poetam dediſſe aliquando ſuſpicabar.

Sic venias hodie, *tibi* dum dem *thuris honores*,
Liba & Mopſopio dulcia melle feram.

Omiſſo forte a feſtinante Librario altero vocabulorum, *hodie* dein ad verſus hiatum ſupplendum, in *hodierne* mutari potuit.

Id. L. 2. El. 4. vs. 11.

Nunc & *amara* dies & *noctis amarior umbra eſt.*
Omnia jam triſti tempora felle madent.

Quid ſi legatur,

Lux

Lux & umbra die, *sed noctis amarior umbra est.*
Omnia. — — —

Ibid. El. 5. vs. pen.

Tunc tibi lena precor diras: satis anxia vivas,
Moverit e votis pars quotacunque Deos.

Quia ultima optantis vix esse posse videntur, praefero lectionem:

Satis anxia vives,
Moverit e votis pars quotacunque Deos.

Lib. 3 El. 4 vs. 29.

Candor erat qualem praefert Latonia luna,
Et color in niveo corpore purpureus.
Ut juveni primum virgo deducta marito
Inficitur teneras, ore rubente, *genas.*

Ill. Heinius ad h. l. notat vocabula „ *ore rubente* non pendere ab *inficitur*, sed absolute posita significare, *ita ut os rubeat*". Hanc tamen poetae mentem fuisse dubito: dedisse eum potius suspicor:

Inficitur teneras flore rubente *genas.*

i: e: *colore rubente*, *roseo.*
Appositus videtur Horatii locus de Ligurini facie atque adeo genis (L. 4. Od. 10)

Et qui nunc color *est puniceae* flore *prior rosae*

"Ανθος apud Graecos eodem modo pro *colore* frequentatur.

L. 4. El. 3. vs. 7.

Quis furor est, quae mens densos indagine colles
Claudentem, teneras laedere velle *manus.*
Quidve juvat furtim latebras intrare ferarum
Candidaque hamatis crura notare rubis.

vs. 8. Infin. *velle* aliquando mihi natus videbatur ex scribendi compendio v̄e pro *vepre* — ita ut poeta scripserit,

Claudentem, teneras laedere vepre *manus*

ut in seqq. — *crura notare rubis.*
Denique L. 2. El. 1. vs. 31.

Et, bene Messalam, sua quisque ad pocula dicat,
Nomen & absentis *singula verba sonent.*

Poetam forte dedisse suspicor

Omen & absenti *singula verba sonent*

Omen saepe absolute ita adhiberi notarunt Interpr. Flori. L. 2. C. 2. pag. 217. Ed. Duk. — Sic fere AEschylus Suppl. vs. 633.

"Αγε δὴ λέξωμεν ἐπ' Ἀργείοις
Εὐχὰς ἀγαθάς.

Ut

Ut vero in nostro Tibulli loco addita perperam nobis videtur littera initialis *N*, sic eadem omissa restituenda apud Propert. L. 1. El. 15. vs. ult. atque ita legendum,

Non ullis tutum credere blanditiis;

pro eo, quod nunc vulgatur,

O nullis tutum credere blanditiis.

Propert L. 2. El. 1. vs. 5.

Sive illam Cois fulgentem incedere totis,
Hoc totum e Coa veste volumen erit.

Ita hunc locum edidit Burm. Sec. qui varias VV. DD. conjecturas adfert. In nonnullis Codd. legitur,

Sive illam *Cois* fulgentem incedere *cogis*.

Et haec quidem corrupta lectio veram poetae manum monstrare videtur, quippe qui scripserit,

Sive illam Cois *fulgentem incedere* conchis,

i: e: *Coa purpura, conchyliata veste.*
Sic apud Juvenalem occurrunt (Sat. 8. vs 101)
—— —— *Conchylia Coa*
pro vestibus conchyliatis.
Firmari videtur haec conjectura, vitiosa unius alteriusve Codicis lectione, *cogis*, nata scilicet ex *cogis* vel *cochis* pro *conchis*.

Horatius Odarum. L. 1. Od. 31. vs. 12.

. . . . . . dives & aureis
Mercator exsiccet culullis
Vina Syra reparata *merce.*

Fluctuant interpretes in sensu vocabuli *reparata* constituendo — num scribendum?

Vina Syra.piperata *merce*.

i:e: condita, acria reddita — Plinius Hist. Nat. L. 14. Cap. 16. „ *aromatiten quoque invenio* „ *factitatum tantum non unguentorum compositione* „ *primo e myrrha — aliud e calamo, junco costo,* „ *nardo Syriaco &c. — apud alios nardi & ma-* „ *lobathri selibris in musti congios duos additis:* „ *qualia nunc quoque fiunt pipere & melle ad-* „ *dito, quae alii condita, alii* PIPERATA *appel-* „ *lant.*

Ibid Od. 37. vs. 12. seq.

Mentemque lymphatam Mareotico
Redegit in veros timores
Caesar ab Italia volantem.
Remis adurgens (accipiter velut
Molles columbas, aut leporem citus
Venator in campis nivalis
Haemoniae.) ———

Comparatio venatoris leporem persequentis, cum Caesare Cleopatram in *veros* timores re-

di-

digente, mihi quidem ab Horatio vix profecta videtur. Forte scripserat.

——— *aut leporem*.canis
Venator ——

Graecis κύων ἀγρεύτης, κύων θηρήτειρα. — Sic *Laco venator* occurrit apud Silium Ital. L. 1. — *Equus venator* apud Claudianum. Appositus videtur locus Virgilii L. 12. Aen. vs. 749. ubi AEneam Turnum persequentem cum cane venatico cervum valde urgente comparat.

Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, aut puniceae septum formidine pennae,
Venator *cursu* canis *&* *latratibus instat.*
Ille autem, insidiis & ripa territus alta
Mille fugit refugitque vias: at vividus Umber
Haeret hians, iam iamque tenet &c.

Mutatio vero facile iterum ex scribendi compendio oriri potuit.

L. 4. Od. 24 vs. 36.

Si neque fervidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Boreae finitimum latus
Durataeque solo *nives.*

Bentl. legendum contendit

Durataeque gelu *nives.*

Propius vero ad litterarum ductum accedere videtur lectio.

Durataeque polo nives.

i: e: *cælo*, maxime vero *polo boreali*, de qua mundi parte agit alibi noster,

Ut glaciet nives
Puro numine Jupiter.

T A N T U M.



JO.

JO. STEPH. BERNARD,

MED. DOCTORIS,

ANIMADVERSIONES

IN

SCRIPTORES QUOSDAM GRAECOS.

CAPUT I.

De Medea hæc tradit *Theophylactus* Simocatus Ep. XXX. *παιδοκτόνον ἐκείνην ἐδίδασκεν ῥιγνώμων ὁμόζυγος τὴν αἰνέτην, καὶ τῶν ἀγώνων τὴν σύμμαχον.* Suspectum mihi hoc epitheton *τὴν αἰνέτην*; nam de Medea dicere licet, quod de *Aurelia Orestilla* testatur *Sallustius* de Bello Catilin. p. 57. *cujus præter formam nihil unquam bonus laudavit*, unde quis suspicaretur legendum *τὴν αἰνήν*, ut eam vocat *Orpheus* Argon. vs. 1015. aut *δεινήν*, ut *Euripides* Med. vs. 44. vel *τὴν αὐθέτιν*, licet Jonica hæc vox; cum

pari constructione dixerit Aul. *Gellius* N. A. lib. X. c. 18. *Arthemisia cultu atque desiderio mariti flagrans*, uxor, *ossa cineremque ejus mixta odoribus contusaque in faciem pulveris aquæ indidit. Tertullianus* de pallio c. III. p. 14. & mater *legit ea tempestate* Osiridis. ubi vid. *Salmasius* p. 205. *Horapollo* Hierogl. lib. I. c. 16. κυνοκέφαλον ζωγραφοῦσι καθήμενον ζῶον, nisi leg. ζωόν. Posset etiam legi τὴν Αἰήτου. *Philostratus* Icon. c. VII. p. 871. Μήδειαν οἶμαι χρὴ νοεῖν τὴν Αἰήτου. conf. idem c. *XI*. p. 881. *Aelianus* H. A lib. XIV. c. 25. & *Clemens* Alex. Strom. lib. I. p. 307. Vel potius legendum apud *Theophylactum* τὴν Αἰήτιν. *Pedo* Albinov. Eleg. II. vs. 110.

Æetis succis omniperita suis.

Ubi vid. *Scaliger*. Epigr. *Antholog.* lib. III. c. 25. Epigr. 35. ut illud supplevit cel. *Dorville* ad *Charitonem* p. 387.

Ἦν δὲ τὰ Μηδείας Αἰητίδος ἄκρα χαράξῃς,
Ἀμνήμων κείσῃ νέρθεν ἕω στεφάνους.

Strabo lib. I. p. 79. καὶ παρὰ τὸν Αἰήτην πλάττῃ. Emendat ὁ πάνυ, ἢ παρὰ τοῦ Αἰήτου; malim legere παρὰ τὴν Αἰητὶν, nempe γῆν. *Cælius* Aurelian. morb. chron. lib. I. c. 6 p. 338. *Ferunt Græcorum commenta loquacia* & hieræprolis *fœminam humanis exercitam fatis* &c. pro *hieræprolis* in margine emendatum *regiæ prolis*: malim rescribere *Aietæ* prolis. Non mirum librarium peccasse in hoc nomine, cum de ortho

thographia ejus etiam diverſa ſenſerint recentiores, vid. *Menagiana* T. II. p. 233. Αἰητίνην eam vocat *Dionyſius* Perieg. vs. 489. ut Ἀδρασίνην, Adraſti filiam, *Homerus* Iliad. E. vs. 412. & Εὐηνίνην Iliad I. vs. 553. Eueni filiam. Ne quid tamen diſſimulem, fuerunt inter veteres, qui Medeam ab omni crimine abſolverunt, eique patrocinarentur. Deam eam eſſe dixerunt *Alcman* & *Heſiodus*, teſte *Athenagora* Legat. pro Chriſtian. p. 14. alii bonam Deam, ut narrat *Macrobius* Saturn. lib. I. c. 12. p. 307. conf. *Aelianus* V. H. lib. V. c. 21. *Diogenes* apud *Stobæum* Serm. CXVII. p. 371. ὁ Διογένης ἔλεγε τὴν Μήδειαν σόφην, ἀλλ᾽ οὐ φαρμακίδα γένεσθαι, λαμβάνουσαν γὰρ μαλακοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰ σώματα διεφθαρμένους ὑπὸ τρυφῆς, ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ τοῖς πειρατηρίοις διαπονεῖν, καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν καὶ σφριγῶντας· ὅθεν περὶ αὐτῆς ῥυῆναι τὴν δόξαν, ὅτι τὰ κρέα ἕψουσα νέους ἐποίει. Ceterum Aeëtæ nomen diu apud Colchos viguit, ut teſtatur *Strabo* lib. I. p. 77. & *Agathias* Hiſtor. lib. III. p. 77. Aeëtæ ducis cujusdam Colchorum orationem ad milites refert.

CAPUT II.

P*hotius* Biblioth. p. 786. οὐκοῦν οὐ χρὴ λέγειν μίαν φύσιν καὶ νοεῖν, τισὶν ἐπῆλθε τοῦτο. Miror Andr. *Schottum*, virum de literis Græcis

præclare meritum, non subolfecisse mendum hic latere, ac vertisse: *non igitur asserendum & intelligendum, unam esse naturam*; quibus hoc accessit. Legendum omnino, παισὶν ἐπῆλθε τοῦτο, & vertendum, *pueris hoc in mentem venit*, pro quibus dixit *Strabo* lib. II. p. 137. ταῦτα μὲν οὖν δεῖ ἐᾶν εἰς παιδικά. *Euripides* Suppl. vs. 916.

Ἃ δ' ἂν μάθοι τις ———

ubi παῖς pro τις emendavit cel. *Valckenarius* ad Phoeniss. vs. 1553. probante summo *Marklando*. De verbo ἐπῆλθε consul. doct. *Koen* ad *Gregorium* de Dialectis p. 87. παισὶν etiam rescriberem, modo codices addicerent, apud *Theophanem Nonnum* Epitom. de cur. morb. c. VI. φθειρῶν γένεσις ἐν τῇ κεφαλῇ συμβαίνει τισὶν ἐξ ὑγρῶν θερμῶν ἐν τῷ βάθει τοῦ δέρματος σηπομένων, quam suspicionem confirmat *Aristoteles* Probl. Sect. I. 16. & in primis H. A. lib. V. c. 31. Vulgatæ tamen patrocinatur *Ramazzinus* de morb. artific. c. XXII. p. 189. & *Galenus* sec. loc. p. 165. Sed nihil mutandum, τὸ τισὶν enim redundat, ut apud Atticos, vid. *Berglerus* ad *Alciphronem* lib. I. ep. XXII. p. 89. & Th. *Reinesius* ep. XLII. ad Casp. *Hoffmannum* p. 361. quemadmodum quoque μοι & σοι. vid. *Devarius* de particul. p. 129. & cl. *Bachius* ad *Xenophontis* Oeconom. c. III. p. 18. *Alciphron* lib. II. ep. I. p. 202. τὰ δὲ κοσμεῖν σοι τὸν οἶκον, ubi *Berglerus*, *Nihil huc facere videtur* σοι. Neque refugiunt ejusmodi elegantias styli recentiores, ut *Tryphiodorus* vs. 387. *Actuarius* de

dig-

dignot. morb. lib. I. c. 44. καὶ τοῦτο δῆλόν σοι. *Aelianus* H. A. lib. VI. c. 51. *Tatianus* Orat. ad Graec. p. 42. τί μοὶ τὸν Θεὸν σεσυλήκατε. *Nonnus* Eu. Joannis c. VII. vs. 108.

——— ἐμοὶ δεδάασι πολῖται.

ubi *Sopingius* suo exemplari adlevit: ἐμοὶ *ornatus causa, ut alibi*, cui adstipulatur *Commelinus* ad *Heliodori* lib. II. p. 117. sed locus in mendo cubat, quem sic refingo: ἦ μὴν ἐλευθέραν ταύτην ἕξειν, καὶ ἐλευθέρῳ πρὸς γάμον ἐκδώσειν· δώσειν καὶ τὴν ταινίαν, ἣν δὴ κ. τ. λ. Quali mendo eundem foedatum suspicor lib. IX. p. 440. πρὸς ἐναντίους σφίσιν ἦν καὶ ἄσκεπτον. Leg. πρὸς ἐναντίους ἐνάντιον, vel ἄντιον σφίσιν ἦν. *Aelianus* H. A. lib. II. c. 26. ἀντίους τῇ αὐγῇ τοῦ ἡλίου ἵστησιν αὐτούς. Græcos imitati sunt Latini. Elegans in hanc rem est observatio eruditissimi Theologi Francisci *Martinii* Epistolar. p. 504. cujus verba adponere non gravabor, quod liber paucorum manibus hodie teritur. „ Opus esse videtur, „ ut tibi tanto Heroi suppeditem argumen„ tum, id est, orationem Ciceroni. Quaero „ ergo, cum tam diu latueris, an *latere* etiam „ dativum habeat? Qui ita sentiunt, muniant „ se autoritate *Lucani*, qui dixerit:

„ Tu mihi *causa late* ———

„ Imo *Ciceronis* etiam in Catilinam: *Nihil agis*, „ *nihil moliris*, *quod* mihi latere *valeat* &c. Exi„ guum momentum, si aliud non habent. „ Nam inter elegantias autorum χωρίζεται non „ mi-

„ minima eſt, ſi vox aliqua, præſertim talis,
„ παρέλκει, quae non venit in conſtructionem.
„ Plane ut apud eundem *Ciceronem* de Catili-
„ nariis; *Qui* mihi *accubantes in conviviis*;
„ cum nimium quantum abfuerit, ut Ciceroni
„ accubuerint. Hoc te approbaturum confi-
„ do".

C A P U T III.

*C*innamus Hiſtor. lib. IV. p. 212. κύβον τινα σιδήρου πεπυγημένον (l. πεποιημένον) ὀρθῶς τούτῳ ἐναρμόζουσι κατὰ διέχειαν τινὰς ἐκ πλατέος ἠρέμα πρὸς ὀξὺ ληγούσας ἀεί. Torſit hic locus *Tollium*, quem facile ſanaveris, ſi literas initiales fugientes, e fuga retraxeris, ac legas: κατὰ διέχειαν ἀκτῖνας κ. τ. λ. Ita vocat radios, virgas ferreas, σιδήρεα, verua, de qua voce luculenter egit Lucas *Holſtenius* in conſummatiſſima diſſertatione a Jac. *Gronovio* ad *Minutium* Felic. recuſa p. 209. ἀεὶ vero eſt *ſucceſſive*, *gradatim*, κατὰ μικρόν; de qua ſignificatione hujus particulae plura dabo, ſi DEUS coeptis annuat, ad *Theophanem Nonnum*.

Simili vitio laborat *Jamblichus* V. P. p. 59. τοῖς τε τῆς φύσεως γνωρίσμασι φυσιογνωμῶν αὐτοὺς, σημεῖα τὰ φανερὰ ἐποιεῖτο τῶν ἀφανῶν ἠθῶν ἐν τῇ ψυχῇ. leg. σημεῖα αὐτὰ, nempe τὰ γνωρίσματα. quam medelam quoque adhibeo *Athenaeo* lib. II. c. 19. p. 61. ἀνοίκειοι δὲ αἱ μέλανες καὶ πέλειοι, καὶ σκληροὶ, καὶ οἱ μετὰ τὸ ἑψηθῆναι καὶ τε-

θη-

θῆναι πησσόμενοι. Non capio qua ratione fungi cocti & mensae impositi duriores ac tenaciores fiant: corrigo proinde μετὰ τὸ ἑψηθῆναι καὶ ἀρτυθῆναι, conditura enim tales eos reddi accepi a coquo. His addo locum *Theophylacti* Simoc. Quæst. Phys. II. σὺ δέ μοι ἠρεμαῖον ἐπίθες τὸ οὖς, καὶ σειρηναίας ἀκούσεις φωνῆς, οἷά τις Ἰθακήσιος ἐπ' αὐταῖς που ταῖς ὑπερκυκνείους μελῳδίαις γενόμενος. Rescribendum arbitror οἷα οὗτις ὁ Ἰθακήσιος. vid. *Ptolemaeus* Hephæst. lib. I. p. 307. articulus non omittendus, nam ait Jo. *Chrysostomus* in Psalm. XLIV. p. 632 τῇ προσθέσει τοῦ ἄρθρου τὴν κυριότητα παριστάς. Gravius vulnus occupat *Nonnum* Epitom. de Cur. morb. c. 269. ubi ἐπιδέσμων χρεία καὶ ἐλαίου, ut est in proverbio. Ad ictum scorpii facere tradit epitomator: λιθάργυρον παραχρῆμα προσιθὲν (l. προστεθὲν) τῷ δήγματι, ubi codices MSS. ἄργυρος, ut quoque editum apud *Paulum* Aegin. lib. V. c. 8. supersunt tamen vestigia pristinæ lectionis in codice Augustano, quem *Martius* secutus est, quam revocabis facile, si in consilium adhibueris *Diophanem* Geopon. lib. XIII. c. 9. τὴν δὲ ἀπὸ σκορπίου πληγὴν θεραπεύσεις ἀργύρῳ δακτυλιδίῳ τὸν τόπον σφραγίζων. De annulis magicis vid. *Scaliger* ad *Manilium* p. 397. *Salmasius* ad *Vopiscum* p. 457. & Rob. *Keuchenius* ad Q. Ser. *Samonicum* p. 67. in primis Jo. *Kirchmannus* de annulis c. XXI. p. 198. Nemo puto mirabitur, si medico quoque manus salutares adferre satago, nam adfirmat beatus *Chrysostomus* in A. A. Serm. XXXII. p. 793. ed. Eton. Henr. *Savilii*: μηδεὶς ἐγκαλεῖ τῷ ἰατρῷ περὶ ἰατρικῆς ἀεὶ διαλεγομένῳ.

CA-

CAPUT IV.

Quæsivit nuper ex me amicus, ut sibi exponerem locum *Isocratis* de Permutatione p. 738. ὥσπερ ἂν εἴ τις Φειδίαν τὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ἐργασάμενον, τολμώη καλεῖν κοροπλάθον, ἢ Ζεύξιδα καὶ Παῤῥάσιον τὴν αὐτὴν ἔχειν τέχνην φαίη τοῖς τὰ πινάκια γράφουσι· cum πίνακες dicantur tabulae pictæ & icones, ut apud *Theophylactum* Simoc. Quaest. Phys. III. ὁρῶ μοι τοῦ Ἀπελλοῦ πίνακας. De una tantum tabula sermo est, sed Græcos plurali numero uti pro singulari, notavi ad *Anonymum* de hydrophobia p. 26. Solebant veteres pictas tabulas contemplari e longinquo, unde *Euripides* Hecub. vs. 807.

——— ὡς γραφεύς τ' ἀποσταθεὶς,
Ἰδοῦ με, κἀνάθρησον, οἷ' ἔχω κακά.

ubi Schol. ὡς ζωγράφος ἀποτέρω σταὶς, κατανοεῖ τὰς εἰκόνας εἰ καλῶς ἐγράφησαν. Solebant præterea eas in loco editiore suspendere, unde subtus asseres addebantur, qui intuentibus declarabant tabulæ argumentum. Beatus *Chrysostomus* in Psalm. L. p. 692. καὶ γὰρ αἱ εἰκόνες ἄνω ὁρῶσαι, κάτω ἔχουσι φοινικᾶς σανίδας, τίς ὁ βασιλεὺς, καὶ τινὸς, καὶ ποῖον πόλεμον κατώρθωσεν. Atque eos puto ab *Isocrate* innui, qui asseres illos pingebant, quorum opera vilior, quam coryphæorum, quibus est illustrior gloria. Forte iconem

rem & tabulam subtus adfixam πίνακας vocat *Theophylactus* l. c. semper tamen hanc vocem plurali numero usurpavit, Epist. 6. 18 37 & 69.

CAPUT V.

Theophylactus Simoc. Quaest. Phys. VII. ἐντεῦθεν ἐπιγελᾶ γαλήνην ἡ θάλαττα, ἅτε φιλανθρώπῳ τινὶ ἐλαίῳ τὸν θυμὸν ἡμερώσασα. Sic hunc locum exhibet ed. B. *Vulcanii*, quam hic secutus est Andr. *Rivinus*. Pro ἐλαίῳ auctoritate codicis sui ἐλέῳ dedit *Kimedoncius*. Leg. ἅτε φιλανθρώπῳ τινὶ ἐλέῳ, ἐλαίῳ τὸν θυμὸν ἡμερώσασα. Vox una alteram sono sibi adfinem absorpsit: vide quæ in hanc rem notavi ad Anonymi fragmentum de hydrophobia p. 17. quæ librariorum oscitantia corrupit quoque *Palaephatum* c. 39. p. 87. ed. Fischeri, καὶ ἐπειδὴ αὐτῆς ἀνέλοι Ἡρακλῆς κεφαλὴν μίαν, δύο ἀνεφύοντο. Nomen Herculis, quo pleraeque editiones carent, expungendum, ac leg. ἐπειδὴ αὐτῆς τις ἀνέλοι κ. τ. λ. Sic quoque emendandus *Plato* de Legg. lib. I. p. 203. ed. Aldi, τοῦτ' ἀεὶ δραστέον διὰ βίου παντὶ κατὰ δύναμιν. leg. διὰ βίου παντὸς παντί. *Isidorus* Pelus. ep. 473. ed. Andr. *Schotti*, εἰ δὲ μὴ, μὴ ἀγανάκτει κατὰ τῆς φήμης, ὡς πανταχόσε κωμαζούσης. leg. πανταχόσε σε κ. *Erasmo* placere, ἔλαιον & ἔλεος affinia esse, & alterum ab altero duci, notat *Martinius* Etymolog. p. 370. *Plinius* H. N. lib. II. c. 103. *Omne* (mare) *oleo tranquillari*. Jo. *Chrysostomus* in A. A. serm. LV. p. 918

918. Massilienses, dum cannas saccharinas excoquunt, ne liquor, ebulliens in aheno, regurgitet ac effundatur, butyrum vel adipem addere, quo fervorem compescant, auctor est Jac. *Spon* Itinerar. T. 1. p. 24. Iterum utitur *Theophylactus* voce ἔλαιον epistola XXVIII. ἡκέ μοι πρὸς τοὔλαιον αὔριον. De synaloepha hac vid. *Gregorius* de Dialect. p. 47. *Amphis* apud *Athenæum* lib. II. c. 25. p. 67. ἐν Θουρίοις τοὔλαιον. Puer Atticus apud A. *Gellium* lib. XVII. c. 8. μὴ γελᾶτε, *inquit*, ἔνι τοὔλαιον. Denotat autem in illo loco *Theophylacti* partem fori, ubi venale prostabat oleum in mensis. De mensis consul. *Plato* Hippia minore p. 484. ed. Aldi & *Polyaenus* lib. VI. c. 2. p. 550. Ἀττικὸν ἔθος, τὸ καλεῖν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ αὐτοὺς τοὺς τόπους, ut monet *Ulpianus* ad *Demosthenem* in Polycl. p. 670. quem morem indicarunt plurimi tum veteres, tum recentiores. *Pollux* lib. IX. p. 1010. *Thomas* Mag. p. 791. v. Σήσαμα. Sic συκαῖ locus constantinopoli, ubi ficus colebantur, cujus meminit *Agathias* Hist. lib. V p. 154. *Socrates* H. E. lib. II. c. 30 & *Tournefort* voyage du Levant, lettre XII. p. 6. Conf. Dan. *Heinsius* Lect. Theocr. c. VIII. p. 320 J. G. *Graevius* Lect. Hesiod. c. XXI. p. 107. If. *Casaubonus* ad *Athenæi* lib. VIII. c. 5. lib. XIV. c. 18. p. 929 & ad *Theophrasti* Char. c. XIV. p. 158. Πίθοι locus ubi vasa, puto figulina, conficiebantur. vid. *Spon*. itiner. T. III. p. 184. Solebant Athenienses fori locum indicare, ubi reperiri possent, si quis eos quid vellet. Sic *Mnasimachus* apud *Athenæum* lib. IX. c. 14. p. 402. ubi vid. *Ca-*

sau-

Jaubonus; vel forum ſimpliciter nominabant, ut *Demoſthenes* in Polycl. p. 673. & Corn. *Nepos* Cimon. c. IV. Cur vero forum frequentarent, patet ex *Demoſthenis* Philipp. I. p. 14. & A. A. c. XVII. 21, Nimius fortaſſe ſum in re notiſſima; ſed haec uberius perſequenda duxi, ut obviam irem viro de literis praeclare merito Gothofr. *Jungermanno*, qui ad *Pollucem* p. 1276. emendat πρὸς τοὔλεον, ac vertit ad menſam coquinariam. Sic vir doctiſſimus: judicet lector. Τὸ δ' εὖ νικάτω. Cæterum τοὔλαιον vertere neglexit *Kimedoncius*, τὸ αὔριον autem *mane craſtino*, rectius alter interpres, quem quidam volunt eſſe Jac. *Cujacium*, *cras*. Athenienſes enim convivas ad coenam vocabant ſub veſperam, quod teſtatur A. *Gellius* lib. XVII. c. 8. *Philoſophus Taurus accipiebat nos Athenis coena plerumque ad id diei, ubi jam veſperaverat: id enim eſt tempus iſthic coenandi frequens*. conf. Aegid. *Menagius* ad *Terentii* Heautontim. P. I. c. 24. p. 206.

CAPUT VI.

Nicander Alexiph. v. 551.

———————— καί ποτε κνίδην
Ἐφαλίην χείμνοισι παλυνάμενος ψαφαροῖσιν
Ἐν λίπεϊ χραίνοιο.

ubi *Bandinius* notat in Mſ. legi σὺν pro ἐν,

quod interpolatori recentiori debetur. Recentiores enim ἐν & σὺν permutare monui ad Anonymum de hydrophobia p. 24. ſed legendum,

Εὖ λίπεϊ χραίνοις.

nam *Nicander* & alii poëtae veteres ſemper hoc verbo utuntur poſthabita praepoſitione. conf. Alexiph. vs. 155. & 169. *Euripides* Iphig. in Aulid. vs. 971.

——— φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ.

idem Phoeniſſ. vs. 1503.

χρανθεὶς αἵματι δεινῷ

ἐν pro εὖ quoque perperam vulgatum in epigr. *Antipatri* Anthol. lib. I. c. 38. epigr. 3.

Εὔκολος Ἑρμείας, ὦ ποιμένες, ἐν δὲ γάλακτι
Χαίρων ——————

leg. εὖ δὲ γάλακτι. Pari ratione ſanare voluit ſummus Conr. *Geſnerus* locum *Nicandri* apud *Aelianum* H. A. lib. X. c. 49.

Οὐκ ἔχις, οὐδὲ Φάλαγγες ἀπεχθέες, οὐδὲ βαθυπλὴξ
Ἄλσεσιν ἐν ζώοις σκόρπιος ἐν Κλαρίοις.

ſed vulgatae lectioni patrocinatur epigramma ſepulchrale, quod dedit cl. *Gorius* Inſcript. Antiq. Append. p. 127. ΣΤΗΛΗΝ ΕΘΗΚΑΝ

NI-

ΝΙΚΟΜΗΔΕΙ ΣΥΝΓΕΝΕΙΣ ΟΣ ΗΝ ΑΡΙΣΤΟΣ ΙΗΤΡΟΣ ΙΝ ΖΩΟΙΣ ΟΤ ΗΝ. Sed ante *Gorium* illud jam ediderant *Sponius* & *Muratorius*, ut hoc quoque obſervavit *Leichius* Cur. Secund. ad *Muratorii* Graec. inſcript. p. 53.

CAPUT VII.

Jo. Gottl. *Heineccius* Hiſt. Juris Civilis Romani ac Germanici lib. I. c. IV. §. CCCXXIII. p. 315. *Caracallam cum totis gentibus iſtud beneficium communicaſſe* adfirmat, nempe ut Romani haberentur. conf. Jo. Aug. *Bachii* Hiſt. Jurispr. Rom. lib. III. c. 2. p. 427. & 456. ſed originem ab Hadriani temporibus repetit Jo. *Chryſoſtomus* in Act. Apoſt. Serm. XLVIII. p. 875. μεγάλην εἶχον ταύτην τότε προνομίαν οἱ ἀξιούμενοι οὕτω καλεῖσθαι (Romani nimirum) καὶ οὐ πάντες τούτου ἐτύγχανον· ἀπὸ γὰρ Ἀδριανοῦ, φασὶ, πάντας Ῥωμαίους ὀνομασθῆναι· τὸ δὲ παλαιὸν, οὐχ οὕτως ἦν.

CAPUT VIII.

Xenophon Epheſ. p. 15. ἄλλοι μὲν ἔλεγον ἐπιδημίαν ἐκ τῶν θεῶν, οἱ δὲ προσεκύνουν καὶ προσεποιοῦντο. Vir doctus in Obſerv. Miſcell. T. III. Vol. III. p. 417. reſcribit προσεκύνουν καὶ προσηύχοντο.

cel. Jac. *Elsnerus* in ſchediam. Critico p. 26. conjicit leg. καὶ προσεπιτνοῦντο. Neutrum recte. Προσποιεῖν τινά. eſt *ſibi conciliare propitiumque reddere.* *Cteſias* in Perſic. p. 671. ὁ δὲ Σεκουνδιανὸς προσποιησάμενος Φαρνακύαν τὸν εὐνοῦχον κ. τ. λ. id eſt, in partes ſuas pertraxit.

CAPUT IX.

Plutarchus de Fluminib. p. 4. ed. Mauſſaci: μηδὲν ἐξ ἐναντίας Ἀλεξάνδρου ποιήσῃς· Διὸς γάρ ἐστιν Γηγάσιος. Emendat magnus *Bochartus* Hieroz. P. I. p. 198. γένος. Rectius forte legeretur: Διὸς γάρ ἐστιν γνήσιος. *Theophylactus* Simoc. ep. VII. ὥσπερ ἔγγονα συνεχῆ τε καὶ γνήσια. Pro συνεχῆ, leg. συγγενῆ. Iisdem ferme verbis *Maximus* Tyr. Diſſert. XVII. p. 203. ἅτε ἐκείνου ἔγγονα ἀκριβῆ καὶ γνήσια. Sed ni fallor gravius ulcus latet, unde *Mauſſacus* quaerit, quis iſte *Gagaſius* fuerit. Loco *Plutarchi* uſus eſt *Freinshemius* ad *Curtii* lib. VIII. c. 13. ſed τὸ Gegaſius omiſit: hariolor, leg. Διὸς γάρ ἐστιν Βιασίου, ut in inſcriptione, quam ex *Capaccio* ad *Arriani* de epidit. Alex. M. lib. V. p. 199. adfert Jac. *Gronovius*, vel Εὐασίου.

* * *
* *

FRID. LUDOV. ABRESCH

NOTATORUM MSS. AD SUIDAM COLLECTANEA.

A.

Ἀβουλεῖν· μὴ βουλεύεσθαι, ἢ μὴ βούλεσθαι. Πλάτων. Notione postrema Lib. IV. de Rep. pag. 452. D. Ed. Lugd. & Epist. VII. p. 721. C.

Ἀβροδιαίτῃ. Editio Mediol. ἀβροδίαιτα, ut ἰδιοδίαιτα — Fragmentum subiectum, τοῖς δὲ Ρωμαίοις — καὶ φερέπονοι, est *Menandri* de Legat. Corp. Byz. T. I. p. 77. E. Edit. Venet.

Ἄγανον — Ἀγανὸν — καλὸν, ἢ ἀγαθὸν, ἢ ἱλαρὸν, οἱ δὲ ἀθάνατον. Totidem explicationes sunt Etymol. & Schol. *Aristoph.* ad Vesp. v. 1458. & v. sequentis ἀγανοφροσύνη apud Schol.

Ἀγασθῶ τινι — Ξενοφῶν· ὅταν τινὶ ἀγασθῶ τῶν στρατιωτῶν. Extant verba Lib. II. Cyrop. p. 154. Ed. *Hutch.* ubi nunc editur τινά. Cum *Suid.* facit Isingr. editio. Vid. de lectionis discrepantiae origine *H. Steph.* adnotat. ad ipsius Edit. repetitae pag. 34.

Ἄγκερατος ἐλαύνοντα Ξενοφῶν. Sic ex pronunciandi consuetudine, pro ἀνὰ κράτος, ut patet e V. Ἀνὰ σημαίνει καὶ τὸ κατὰ — ubi ipsa fragmenti verba ex Lib. I. K. A. pag. 75. Sed interpretamentum κατὰ locum invasit lectionis genuinae, quam servat Cod. Reg. cuius & meminit *H. Stephanus* pag. 156.

Ἀγκύλη — καὶ ἠγκυλωμένος. Non dubitat *Kusterus* scribendum ἠγκυλημένος. Nec tamen aliter, unde hausit *Suidas*, *Aristoph.* eiusque Schol. ad Av. v. 1180.

Ἄγνος· φυτὸν, ὃν καὶ λύγον καλοῦσιν — ἄγνον ὃν καὶ λύγον καλοῦσι — Πλάτων· — Habet eadem *Eustath.* ex *Ael. Dionys.* ad Od. K. p. 367. fin. subiecto itidem fragm. *Plat.* ex Phaedr. p. 338 A. ubi post καλοῦσι· additur καὶ, unde *Suidas* videtur dedisse, καλοῦσιν Ἀττικοί. Πλάτων· —— Citat quoque verba Philosophi ex parte *Theoph. Simoc.* Phys. Quaest. pag. 8.

Ἄδην — κατακόρως· Ἐν Χαρμίδῃ· ἐπεὶ δὲ τῶν τοιούτων ἄδην ἔχομεν. Verba sunt *Plat.* dicti modo Dial. p. 235. E. quod fugiens *Kuster* post *Jo. Alb. Fabric.* Bibl. Gr. Tom. IX. p. 827. ea tribuere scriptori *Charmidae*. Ἄδην τῶν τοιούτων legas quoque Lib. I. de Rep. p. 415. F.

Ἀθύρειν· τὸ παίζειν. Πλάτων νόμοις. Lib. VII. p. 639. F.

Ἀκκιζόμενος — Auctor *Etymol.* M. inter alia, ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται, quomodo loquitur *Theoph.*

oph. *Simoc.* Lib. V. Hist. cap. IV. Addit *Etymologus*, σημαίνει δὲ καὶ τὸν θέλοντα μὲν, προσποιούμενον δὲ μὴ θέλειν. Unde, uti & ex Edit. Mediol. in *Suida* quoque pro τὸ reponendum τὸν —

Ἀλλὰ γάρ· ἀντὶ τοῦ δέ. Εὔπολις — Versus *Eupol.* sunt apud *Plat.* in Critia p. 559. B. ubi οὔπω, & ἔστησαν.

Ἀνάγκης ἄτρακτον, τὸν ἄξονα λέγει. Spectat *Plat.* Lib. X. de Rep. p. 519. F.

Ἀνάπαυλαν — Σὺν ἑτέροις ἀξιολογωτάτοις ἀνδράσι τῷ πολέμῳ δοὺς τὴν ἀνάπαυλαν. Sunt *Theoph. Simoc.* Ἱστορ. Πρεσβ. p. 58. edit *Comelin.* ubi editur, πρὸς ἑτέροις — τῷ πολέμῳ δι' αὐτῶν παρεχδοὺς τὴν ἀνάπαυλαν.

Ἀνευφήμησεν· ἀντὶ τοῦ ἐθρήνησε. Πλάτων· Phaedr. p. 376. D. de Xantippe, ἀνευφήμησέ τε καὶ τοιαῦτα ἄττα εἶπεν, οἷα δὴ εἰώθασιν αἱ γυναῖκες.

Ἀνημιαβολιαῖα — θεοεχθρία, ut apud *Etymologum.* In *Aristoph.* Schol. ad Ran. v. 557. θεοισεχθρία· Sicut etiam in Vesp. v. 416.

Ἀνιδρωτὶ καὶ ἀνιδρωτὶ —— οὐ γὰρ ἀνιδρωτὶ καὶ ἀπεριμερίμνως τάδε παρεστήσατο τὰ πολίσματα. Verba sunt *Theoph. Simoc.* Ἱστορ. πρεσβ· p. 47. Fragmentum subiectum in compendium redegit ex *Xenoph.* II. K. Π. pag. 117. Unde addit, καὶ ἄλλα πλεῖστα, *& quae ibi plura leguntur.*

O 4 Ἀν-

'Ανθηρά· Ξενοφῶν· ὥσπερ ἐν τοῖς μουσικοῖς τὰ νέα καὶ τὰ ἀνθηρὰ εὐδοκιμεῖ. Habet *Suidas* ex Lib. I. K. Π. p. 93.

'Αντιλογιῶν — καὶ ἀντιλογῆσαι. Νεφέλαις 'Αριστοφ. Indicatane in Fabula occurrat, nescio. In Vesp. v. 544. περὶ τῆς πάσης μέλλων βασιλείας ἀντιλογήσειν.

'Αντιόχεια· ἡ πόλις — καὶ 'Αντιοχὶς ὄνομα φυλῆς. Scribit *H. Steph.* in Thes. Indice V. 'Αντίοχος, male inspecto loco, *Suidam* 'Αντιόχειαν urbem dictam quoque fuisse 'Αντιοχίδα. Tribum isto nomine intelligit, cuius mentio in *Plat.* Apolog. p. 365. C. & apud *Steph. Byz.*

'Αντιποιηθέντα — ἀντιποιούμενοι τῆς ἀρχῆς τῷ βασιλεῖ. Ξενοφῶν. Obversabantur Lexicographo vel verba Lib. I. K. A. p. 118. τίς γὰρ αὐτῷ ἐστιν, ὅστις ἀρχῆς ἀντιποιεῖται; vel Lib. II. p. 148. ἐπεὶ δὲ Κῦρος τέθνηκεν, οὔτε ἀντιποιούμεθα βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς, —

'Αντιστοιχοῦντες· ἔστησαν ὥσπερ μάλιστα χοροὶ ἀντιστοιχοῦντες ἀλλήλοις, ἔχοντες γέρρα πάντες, βοῶν λευκῶν. Debetur Eidem Lib. V. K. A. p. 383, repetunturque postrema illa, ἔχοντες — λευκῶν, infra in V. πετάλῳ, quod & monuit *Hutchins.*

'Αντονομάζει· ὀνόματα ἀντὶ ὀνομάτων τίθησι. Sub. *Aristoph.* Thesm. v. 60. & Schol.

'Απάγειν — καὶ ἀπάγοντες, ἀπαθοῦντες, ἀπελαύ·

λαύνοντες. Τὸν ἄνδρα ἀπάγοντες. Eiusdem Acharn. v. 57. & Schol. ad v. 55.

Ἀπᾴδει, — Τὰς σπονδὰς ἀποπέμπεσθαι, ὡς ἀπᾳδούσας τῆς Ῥωμαίων μεγαλειότητος. Ita Theoph. Simoc, Ἱσορ. πρεσβ. p. 58. ubi Ῥωμαϊκῆς.

Ἀπαλλάξας — καὶ ἀπαλλάξωμεν, ἀντὶ τοῦ ἀφανίσωμεν. Ξενοφῶν. Descriptum e Lib. III. K. A. p. 218.

Ἀπαξάπαντα — καὶ τὰ χρήματα ἀπαξάπαντα λόγῳ οὐδενὶ λογιζόμενος, τὴν δίκην ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς ἐς τὴν δίαιταν παρανομίας ἐξέτισε. Fragmentum hoc descriptum ex Procop. Lib. I. B. P. cap. XXV. ubi ληϊζόμενος & τὴν δίκην ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς ἐς τὴν δίαιταν —

Ἀπεμορξάμην. ἀπεψησάμην, ἐδάκρυσα ὡς ἐγὼ — κοιμώμενον. Non sunt ex Lysistr. sed Acharn. fabula v. 706. & Schol. ubi recepta Cod. Vatic. lectio κνυζούμενον.

— Ἀπημείφθη· ἀντὶ τοῦ ἀπεκρίνατο. Obversatus nostro videtur locus Xenoph. II. K. A. p. 161. Τισσαφέρνης μὲν ὧδε ἀπημείφθη.

Ἀπηχημένων· ξένων. τοῦ κατὰ τῶν ἀπηχέων ἦχος. Verbis totidem exponitur ἀπηχὲς in Schol. ad Lucian. Vit. Auct. cap. X. ubi τῇ κατὰ Cl. Hemsterhus. substitui vult ἀπὸ vel παρά.

Ἀπόβλεπτον· ἔνδοξον. Ἄνδρα τῇ Περσικῇ πολιτείᾳ

τιμῇ διὰ τὴν ἀξίαν ἀπόβλεπτον. Sunt *Theoph. Simoc.* Lib. III. Hist. c. XV.

Ἀπὸ παραγγέλσεως. Οἱ δὲ ἀπὸ παραγγέλσεως πορευόμενοι ἀφικνοῦνται ἅμα ἡμέρᾳ πρὸς τὸ ὄρος. Ita *Xenoph.* Lib. IV. K. A. p. 263.

Ἀποῤῥηθὲν — καὶ ἀποῤῥηθῇ, ἀντὶ τοῦ ἀποκηρυχθῇ. Πλάτων. Respexeritne Lib. XI. Legg. p. 681. F. an locum alium, haud definiam. Ibi certe legas: ὑπὸ τοῦ γένους ἀποῤῥηθῆναι παντος· quum paullo ante scripsisset, τὸν υἱὸν ὑπὸ κήρυκος ἐναντίον ἁπάντων ἀπειπεῖν.

Ἀπὸ τοῦ φρενῶν ἀποσπάσας· τουτέστι, τὴν φρόνησιν αὐτοῦ ἀφελόμενος. Sunt *Aristoph.* Ran. v. 993. & Schol.

Ἄρωμα — Ἀρόματα σὺν — spectare videtur Eiusd. Pac. v. 1158. ubi vid. Schol. Ἀρόματα hic illustratum per ἐσπαρμένα· Superius Ἄρομα, per ἀροτρίασμα, aliquoties occurrit apud *Ael.* de Anim. Lib. VII. c. 8. XVI. 14.

Ἀρύτεσθαι σὺν τῷ τ λέγουσιν, οὐκ ἀρύεσθαι — καὶ Πλάτων Νόμοις, ὧν ὁ μὲν — Extat fragmentum Lib. I. Legg. p. 569. fin. In Edit. *Kuster.* quod & attigit *Jac. Gronov.* Em. in Suid. p. 74. omittuntur verba, καὶ ἐπεί.

Ἀρχαῖος· ἀντὶ τοῦ εὐήθης. Πλάτων. ἢ λῆρεῖ. Respicit fortasse locum in Euthyd. p. 224. E. ὅ, τι ἔχων φλυαρεῖς, καὶ ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος.

'Ασκὸς — *H. Steph.* Thes. l. Gr. Tom. IV. p. 481. tam hic apud *Suid.* quam in Schol. *Aristoph.* ad Ach. v. 1001. τοὺς χόας & ταῖς χόαις leg. monet.

'Ασσα — Τῶν ἄσσα θυμῷ καὶ διὰ μνήμης ἔχω. Versus est *Lycophr.* in princ.

'Ασμενίζω. Οἱ μὲν οὖν ὄλεθρον ἀσμενίσαντες — sunt verba *Theoph. Simoc.* Hist. Lib. III. c. VII. unde hic restitui vult articulus τόν.

'Αυτοματίζουσι — 'Αυτοματίζουσι δύο τινὲς — Fragmentum hoc reperitur apud Eundem Lib. II. c. VII. Sed contractum exhibuit *Suidas.* Pro ἔρυμα ibi quoque ἔρκος legitur, & ἐχυρώματος.

'Αφιππα χωρία — 'Ο δὲ ἐκκλίνει — Et haec ex Eodem Lib. V. c. X.

'Αχαριστεῖν — καὶ ἀχαρίστως, μὴ εὐχαρίστως. Ξενοφῶν. Οἶμαι γὰρ ὅτι οὐκ ἂν ἀχαρίστως ἐμοὶ ἔχειν, οὔτε πρὸς ὑμῶν οὔτε πρὸς τῆς ἄλλης πάσης Ἑλλάδος. Fragmentum hoc petitum ex Lib. II. K. A. iam observavit *Jac. Gronov.* Em. in *Suid.* p. 87. legiturque Edit. *Hutch.* p. 141. & in *Stephaniana* secunda p. 166. princ. verum sic: οἶμαι γὰρ οὐκ ἀχαρίστως μοι ἕξειν, οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. Neque aliter in Ed. *Isingr.* p. 429 nisi quod in hac vitiose bis πρὸ, loco τοῦ πρός. Vera omnino lectio est altera illa, eaque *Mediolanensis* & Cod. Biblioth. Leid. apud *Gronov.* l. c. quum in *AEm. Porti* & *Kusteri* ἐκδόσει, pro

ἐμοὶ

ἐμοὶ ſive μοὶ, ex ſuperioribus huc quoque irrepſiſſe μὴ videatur. Corrumpendi autem manum *Xenophontis* anſam praebuiſſe ſuſpicor, pro ἂν ἔχειν minus trito ut legerent ἕξειν, agnoſcente & Cod. *Eton.* apud *Hutchins.* voculam ἂν tum omittendi τὸ ὅτι, quod hoc addito putarent requiri ἕξει vel ἔχει.

Ἀχαρίστως. Ξενοφῶν· Κῦρος δὲ ἦγε Λυδῶν αἰχμαλώτους —— Locus, quem cogitat, eſt in Lib. VII. K. Π. p. 516. ubi vero, omiſſo εἶα, legitur, τούτους μὲν σὺν τοῖς ὅπλοις, & pro ἐπιμένοντας vulgatur ἑπομένους.

Ἄχρεωμος —— καὶ ἀχρώματος, ἀναιδής. Apud *Hippocrat.* de Morb. Vulg. Lib. VII. Extr. πορνείη ἄχρεωμος, Et in *Phil.* Lib. de Merc. Meretr. non recip. in fine iunguntur, ἀκόλαστον, ἄκοσμον, αἰσχρουργόν, αἰσχροπαθῆ & ἀχρώματον. Significationis rationem & originem indicat *Salmas.* ad *Ael. Spart.* Peſcen. Nigr. p. 654. Fontem fragmenti *Toup.*

B.

Βακχεύων —— καὶ κατεβακχεύοντο —— Ἐπ' αὐτήν που τὴν τελεσιουργὸν κατεβακχεύοντο πρᾶξιν χαίρειν, σώφρονι μανίᾳ ἐς συμπλοκὴν ἐξορμώμενοι. Sunt verba *Theoph. Simoc.* Lib. V. Hiſt. cap. V.

Βάλανος —— καὶ βάλανοι φοινίκων. Οἶνον ἔπινον ἀπὸ τῆς βαλάνου τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος. Sumta haec

haec videntur ex *Xenoph.* Lib. I. K. A. p. 54. ἐλάμβανον τὰ ἐπιτήδεια, οἶνον τε ἐκ τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοίνικος.

Βαλίαν· — Λήγετε πνοαὶ Βαλίων ἀνέμων. Sunt *Synesii* Hymn. III. v. 76. seq.

Βουλευτικός· Τόπος οὗτος τοῦ θεάτρου ἀνειμένος τοῖς βουλευταῖς — Hausta sunt ex Schol. *Aristoph.* ad Av. v. 795.

Βρασίδας — αἰτίας δὲ περὶ αὐτοῦ προστιθέντες, ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδα — Versus est *Com.* in Pac. 639.

Βρενθύεσθαι — Ὁ δὲ εἰς τὴν βασιλίδα ἐπορεύετο ἐξογκώμενος καὶ μάλα βρενθυόμενος. Descripsit *Suid.* ex *Menandro* Rhet. p. 70. C.

Βρωμᾶσθαι, τὸ ὀγκᾶσθαι πεινῶντα ὄνον. Ita schol. *Comici* ad Vesp. v. 615.

Γ.

Γέρρον — οἱ δὲ γέρρα ἔλαβον δασέων βοῶν ὠμοβόϊνα ἀμφὶ τὰ εἴκοσι. Sunt *Xenoph.* Lib. IV. K. A. p. 338.

Γραφαῖς. δικαστήρια, κατηγορίας. Expositiones sunt Schol. *Aristoph.* ad Acharn. v. 674. Sed referendae potius ad v. 679.

Δ.

Δεῖ — καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει δεῖ, ἀντὶ τοῦ δήσει. Ὀπίσω τὼ χεῖρε δεῖ. Leguntur in *Lysistr.* v. 485. & Schol.

Δημοτεύεσθαί ἐστι, τὸ τοῦδέ τινος δήμου κοινωνεῖν, καὶ χρηματίζειν ἀπ' αὐτοῦ. Sensu isto occurrit in *Plat.* Lib. VI. Legg. p. 614. C. Conf. *Hesych.*

Διατρέχοντες. Οἱ διάττοντες ἀστέρες, οἱ ἀποσπινθηρίζοντες. Sunt Schol. ad *Aristoph.* Pac. v. 838. Simplex σπινθηρίζοντες in *Basil.* Tom. I. Opp. p. 584. C. σκηπτοὶ διατρέχοντες.

Διατυπῶν· διατιθέμενος ἐπὶ τὸ βέλτιον — καὶ μετατάττων πρὸς εὐσχημοσύνην τὸ ἄτακτον. Fragmentum hoc reperies in *Theoph. Simoc.* Lib. III. Hist. cap. XII. ubi μεταπλάττων. Et sic *Hesych.* διατυποῦται itidem explicat διατίθεται, διαπλάττεται.

Διαφορηθῶ· διασπασθῶ. καὶ διαφορηθῆναι — διασπασθῆναι. Prius pertinet ad *Comici* Av. V. 354. Alterum ad v. 338. & Schol.

Διεσφηκωμένον. διαδεδεμένον. Petitum Eiusdem e Vesp. v. 1067.

Διευκρινημένοι — καὶ διευκρινήσας, καλῶς διαχωρίσας. Τοὺς αἰχμαλώτους τοῦ πλήθους διευκρινήσας. Descripsit ex *Theoph. Simoc.* Lib. II. Hist. cap. X.

Δίφρον — Ἀριστοφάνης· Διφροφόρος. In *Aristoph.* Av.

Av. v. 1551. legitur; καὶ τὸν δίφρον γε διφροφόρει τοῦτον λαβών. Quem locum si respexit *Suid.* inde emaculandus.

Διοίσειν — τὸν πίθον οὔτ' ἐπικαλεῖς, οὔτ' ἀσφαλὲς διοίσειν καινὸν ὄντα· ἀντὶ τοῦ ἀνοῖξαι. Vel dederat fragmenti Auctor διοίγειν, vel διοῖξαι.

Δῶρα — Δῶρα μὲν ἐπὶ δωροδοκίᾳ διδόμενα· δωρεὰ δὲ ἐπὶ τιμῇ. Transscripsit Schol. *Aristoph.* ad Av. v. 510. ubi, sicut in *Suidae* Edit. principe, ἐπὶ τιμῆς.

Δρύφακτοι — ἐξέχοντα ξύλα. Sunt eiusdem Schol. ad Vesp. v. 385.

Δυσανασχέτως — Ὁ δὲ δυσανασχέτως εἶχε δέξασθαι τὰ βασιλικὰ δῶρα. Occurrit hoc fragmentum apud *Theoph. Simocat.* Ἱστ. πρεσβ. p. 51. ubi καταδέξασθαι.

Δύσοργος — Ὁ δ' ἐνθάδ' ἤκων — ἠμείψατο. Sunt *Soph.* in Philoct. v. 382. seq.

Αι.

Αἷμα τὸ γένος. Ταύτης τοι γενεῆς καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι. *Homeri* versus Iliad. Z. 211.

Αἶνος διαφέρει μύθου — παροιμιώς. Descripsit Schol. *Aristoph.* ad Vesp. v. 1251.

E.

E.

Ἐβάστασεν ἀντὶ τοῦ ἐδοκίμασεν. Πάσας δ' ἰδέας — Ἀνεῦρεν. Versus sunt *Com.* in Thesm. 443. seqq. ubi pro ποικίλως vulgatur ποικίλους.

Ἕβρος· ποταμὸς Θρᾴκης, — ὄρους. Leguntur haec totidem verbis in Schol. Ei. ad Av. v. 775.

Ἐγχεῖν· ἐγκεράσαι. Ξενοφῶν. Ὁ δὲ τοῖς νεανίσκοις ἐγχεῖν ἐκέλευσεν —— Verba sunt Lib. IV. K. A. p. 288.

Ἐθανατώθη· ὡς ἔνοχος θανάτου ἐκρίθη. Obversatus nostro videtur locus *Xenoph.* Lib. II. K. A. p. 172. ubi de Clearcho: Ἐθανατώθη ὑπὸ τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ τελῶν, ὡς ἀπειθῶν.

Ἐκλώπευον — Ξενοφῶν ἐν τῇ ἀναβάσει, Initio nempe lib. VI.

Ἐκκορακίζειν. ἀποδιώκειν. *Oculis privandi* significatione posuisse dicas *Theoph. Simoc.* Lib. IV. Hist. c. VI. fin. ubi de Hormisda: ταῦτα οἱ τῶν Περσῶν σατράπαι διανοούμενοι ἐκκορακίζουσι τὸν Ὁρμίσδαν. Id si voluit, alienum prorsus, & reponendum erit ἐκκορίζουσι, vel ἐκκουρίζουσιν, aut ἐκκοράζουσι, plane ut διακοράζεσθαι apud *Suid.* vid. *H. Steph.* Thes. V. Διακορίζω.

Ἐκ.

Ἐκπηνίεται· ἐξελκύσει ἀπὸ τῶν τὴν κρόκην μηρυομένων εἰς πηνία. Transscripsit *Suid.* Schol. *Aristoph.* ad Ran. v. 586.

Ἐλείας πρὸς αὐλῶνας. — ἐλώδεις τόπους γενεὺς, ἀπὸ τοῦ ἕλειος — Haec ex *Aristoph.* Av. v. 241. & Schol. ubi παρ' αὐλῶνας.

Ἔκφυλον· ἀλλόφυλον, ἀηθὲς, ξένον, ὀθνεῖον. Haec Edit. *Kusteri.* Addit insuper *Mediol.* καὶ πάντη ἔκφυλον. *Justinus* de Legat. Corp. Byz. T. I. p. 109. C. ὀθνεῖον γάρ τι καὶ ἔκφυλον.

Ἑλόμενοι· βουλόμενοι. Ξενοφῶν —— Extat, quod subiicitur, fragmentum Lib. II. K. A. p. 126.

Ἔμβιον — Ἔμβιόν τι ψυχῆς πάθος ἐνέσταξέ μοι κομίσασα. Sunt *Synesii* in Epist. CXLV.

Ἐμβριμᾶται — καὶ ἅμα γινόμενοι μανιώδεις καὶ ἐμβριμούμενοι, τὰ πονηρὰ ἀπελαύνειν ἐδόκουν. Descripta haec ex *Justin.* Exc. Legat. Corp. Byz. T. I. p. 102. E. coniugandi forma ἐμβριμάω, quae etiam est verbi simplicis. Subdit *Suidas*, καὶ ἐμβριμῆσαι, μετ' ὀργῆς λαλῆσαι. Conf. infra ad V. ἐνεβριμήσατο. *Cyrill.* Lex. Voss. ita habet: ἐμβριμῆσαι, ἀντὶ τοῦ μετ' αὐστηρότητος ἐπιτιμᾶν· additque, δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν μασσωμένων χαλινῶν τοῦ ἵππου, δι' ἀγανάκτησιν τοῦ βάρους, κεῖται ἡ λέξις.

Ἐμμέλεια — Quae hic MS. Cod. Leid. addit, οἱ δὲ ἡ πρὸς τὰς ῥήσεις ὑπόρχησις, nec ad-

 gno-

gnoscunt *Suidae* editiones omnes, sunt Schol. *Aristoph.* ad verba in Ran. v. 924. ἀκοῦσαί τινα λόγον ἐμμέλειαν.

Ἐν δέοντι τῷ χρησίμῳ. Ἀριστοφάνης. In Pac. v. 270. sqq. quos *Suidas* in pauciora contractos proposuit.

Ἐνέβαλεν ἔτυψεν. Ὁ δὲ κρίνας πρότερον τοῦτον ἀδικεῖν πληγὰς ἐνέβαλεν. Fundus horum videtur esse in *Xenoph.* I. K. A. p. 54. ubi Clearchus: κρίνας ἀδικεῖν τὸν τοῦ Μένωνος στρατιώτην πληγὰς ἐνέβαλεν.

Ἐνέκαψα ἐξέπτυσα. Κᾆτα βδελυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐνέκαψα. Duce Schol. ad *Aristoph.* Vesp. p. 788. scripsisse *Suidas* videtur: Ἐνέκαψα· ἐνέθηκα τῷ στόματι. Tum ex ipso Poëta leg. κᾆτα βδελυχθεὶς, ὀσφρόμενος ἐξέπτυσα.

Ἐνσκήσαντα καὶ μετῆλθον· ἀντὶ τοῦ ἔμφυλον ποιῆσαι. Sunt Eiusd. & Schol. Lys. v. 268.

Ἔνη — Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον, ἔς τ' ἔννηφι. Est *Hesiodi* Ἐργ. v. 410. Subdit *Suid.* ἡ τρίτη τῆς σελήνης· Ἀριστοφάνης· Θάρρει, κατατεύξῃ, κἂν ἕνης ἔλθῃς — ἀγρουμένους. Quae leguntur in Eccles. v. 791. seqq. ubi pro κατατεύξῃ est καταθήσεις, & ταχέως pro ταχύ.

Ἔνθου ῥόφησον. Referenda haec ad Ei. Equit. v. 51.

Ἐξαγωγὴ — ἡ λύσις τοῖς πεφιμωμένοις δεσμοῖς ... ἔνα.

ἐναποθανεῖν. In Edit. principe additur, ἀντὶ δεσμοῦ ἀφέσει, quod *P. Faber* Semestr. Lib. II. c. 4. extr. *Suidae* tribuit, explicare tentanti, sed pessime ita interpretanti.

Ἐξ ἁμάξης — τὰ ποιήματα. Eadem iisdem paene verbis habet Schol. *Aristoph.* ad Eqq. v. 544.

Ἐξαύτη — αὐτὰρ ἐξαύτης τοῦ τραύματος ὁ τραυματίας γενόμενος καὶ τρίτον ἆθλον ἀσπάζεται. Ex *Theoph. Simoc.* Lib. II. extrem. Hist. huc translata observavit iam *Kuster.* unde in *Suida* reponendum τραύματος Contra in *Theophylacto* paullo ante verba hic posita, pro προσιόντουσι leg. προσίνουσι. Etymologici M. auctor ἐξαύτης quum exponit non modo per ἀβλαβῆ, ὑγιῆ, & τὸν ἔξω ἄτης, sed etiam ἐξεστηκότα & μαινόμενον, deceptus possit videri male intellecto loco *Plat.* in Phaedr. p. 344. A.

Ἐξείη —— Ξενοφῶν· ᾔδεισαν γὰρ πάντες, ἔτι ἐξείη — εἴ τις τι ἔχοι πρὸς πόλεμον. Extant haec Lib. VI. K. A. p. 287. unde in *Suida* corrigendum καθεύδοι, & τῶν πρὸς τὸν πόλεμον. Plenius quoque apud *Xenoph.* ἀρεσκοῦντι καὶ διαπονοῦντι.

Ἐπανατείναντα δεσμῷ. Ξενοφῶν. ἐπανατείνοντι δὲ καὶ μείζονας ἐλπίδας τοῖς ἀξίοις, ἔπαινόν τε, καὶ εἴ τι ἐν τῷ ἐπιόντι χρόνῳ ἀγαθὸν εἶναι μεῖζον φαίνοιτο. Apud *Xenoph.* Lib. II. K. II. p. 113. ita: ἐπανέτεινε δὲ καὶ μείζονας ἐλπίδας τοῖς ἀξίοις ἐπαίνου, εἴ τι ἐν —

Ἔπαρχος πραιτωρίων. Ὁ τῶν ἑῴων τῆς φορολογίας τὴν ἐπίςασιν ἔχων, παρὰ Ῥωμαίοις. Fragmentum hoc non nihil diverse depromtum ex *Theoph. Simoc.* Ἱςορ. Πρεσβ. p. 52. ubi ἐπιςασίαν, & ὃς — ἐκέκτητο, pro ὁ — ἔχων.

Ἐπεγράφου· ἀντὶ τοῦ ἐζωγράφεις. Ἀριςοφάνης· καὶ γὰρ — Versus est in Acharn. 1094.

Ἐπεμαρτύραντο — Οἱ δὲ πιςὰ διδόντες καὶ λαβόντες, ἐπεμαρτύραντο τοὺς θεούς. Οὕτω Ξενοφῶν. Locus, quo spectatur, est in Lib. IV. K. A. p. 342. & ita se habet: ἠρώτων ἐκεῖνοι, εἰ δοῖεν ἂν τούτων τὰ πιςά. Οἱ δ' ἔφασαν καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν ἐθέλειν — θεοὺς δὲ ἐπεμαρτύραντο ἀμφότεροι.

Ἐπενεγκών· — Προκόπιος· Ἐπενεγκών τε αὐτῷ, ὅτι δὴ ὡς ἥκιςα — Depromta sunt verba e Lib. III. B. G. c. XV. fin.

Ἐπηπείλησα καὶ κατώμοσα ἀντὶ τοῦ ἐπαγγειλάμενος ὤμοσα. Sunt verba *Aristoph.* & Schol. ad Av. v. 630.

Ἐπιθειάσων· ἑορτάσων. Ὁ δὲ ἔμεινεν αὐτοῦ — τὸ σέβας. Descripta haec ex *Menandri* Rhet. Excerpt. Legat. p. 96. B. paullulum diverse.

Ἐπιλησμότατον. Ἰδίως ἐπιλησμονέςατον. Ἄλεξις δὲ ἐπιλήσμη. Κρατῖνος ἐπιλησμοσύνη. Ἀριςοφάνης Νεφέλαις — Intelligitur eius Fabulae v. 788. ubi in Schol. pro Ἄλεξις legitur ἡ λέξις. & φησὶ δὲ Κρατῖνος ἐπιλήσμονν. Quae postrema vox corrupta videtur, & leg. ἐπιλησμονή.

Ἐπισ-

Ἐπισκαλμίσι. Τοῖς τῆς νεὼς μέρεσι. Πτύα ὡς πλεῖστα ταῖς ἐπισκαλμίσι ἐντροπωσάμενοι, ἥρεττον. Sunt *Agathiae* verba Lib. V. p. 162. fin. ed. Leid. ubi vitiose ἐπικαλαμίσι, quod & propagatum in edit. Venet. *Corp. Byz.* T. III. p. 116. E. Vid. in V. *Hesych.*

Ἐπίτονος. Ἀριστοφάνης. Ἐπὶ ἐπιτόνου· γελοῖον δὲ ἐπὶ δέρματος — Reperitur locus in Lysistr. v. 922. unde in *Suid.* emendandum: ἐπὶ ἐπιτόνου γε. οἷον δὲ ἐπὶ δέρματος, aut duce Schol. δηλοῖ δὲ ἐπὶ δέρμ.

Ἕρπυλλος εἶδος ἄνθους — ὃ μάλιστα ἐν τοῖς ὕδασι θάλλει. Descripsit Schol. *Aristoph.* ad Pac. v. 167. ubi legitur παρὰ τοῖς ὕδασι.

Εὐτράπελον. Οὔτε τὴν ἔχων πρόφασιν, οὔτε λόγον εὐτράπελον· εὔστροφον. Ita Editio *Kusteri. Mediolanensis* autem ante εὔστροφον habet insuper, καὶ αὖθις, αὐτὸς ἄρχων μόνος. Quae sunt *Aristoph.* in Vesp. v. 466. seqq.

Ἐφιστάμενος — Fragmentum, quod subiicitur, non *Polybii* est, ut suspicabatur *Valesius*, sed *Xenoph.* Lib. II. K. A. p. 155.

Z.

Ζωή· παρατήρησις, καὶ μονὴ τῶν ὄντων. Sumta haec videntur ex *Artemid.* Oneir. L. III. c. 61. ubi locus integer ita habet. φυλακὴν μὲν γὰρ

καὶ παρατήρησιν, καὶ μονὴν τῶν πραγμάτων τὴν ζωὴν καλοῦμεν.

Ει.

Εἰλιγγιῶ· τὸ μὲν ῥῆμα διὰ διφθόγγου — τοῦτο δὲ — σίελον λέγουσι — Ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ εἰλιγγιῶ. Versus est *Aristoph.* in Acharn. 581. ubi tamen contra quam praecipitur, Ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ τῶν ὅπλων ἰλιγγιῶ. Nec in Schol. σίελον, verum εἴλεον. Conf. idem ad v. 1216.

Εἴργου· φυλάττου, χωρίζου. Explicationes sunt Schol. ad *Soph.* Oed. Colon. v. 876.

Εἴρξας· ἀποκλείσας — Explicat ita Schol. *Aristoph.* Acharn. v. 329. in paucis diverse. Posterior *Homeri* versus est Od. Σ. 196.

Εἰρωνευόμενοι — πάντα πρὸ ἔθνη ῥημάτων τε ποικιλίᾳ καὶ τῷ δολερῷ τῆς διανοίας ἐρωνευόμενοι. Sunt *Menandri* Rhet. verba Corp. Byz. T. I. p. 109. C.

Εἰσβαλεῖτε — Ἀριστοφάνης — οὐκ εἰσβαλεῖτε — Sumta ex Acharn. v. 762. & Schol.

Εἰσβολάς· τὰς ἐπὶ τὴν τῶν πολεμίων χώραν ἐφόδους ἐκάλουν. Sunt Schol. ad Ei. Eqq. v. 594. ubi excidit vox ἐφόδους, ex *Suida* ei restituenda.

Εἰσπιμπλάς· Ξενοφῶν. Ὁ δὲ Κῦρος εἰσπιμπλὰς σπάν-

πάντως τὴν γνώμην ἀπέπεμπεν. Habes ex Lib. I. K. A. p. 68. ubi ἐμπιμπλάς.

H.

Ἡγεμών. — Ξενοφῶν. Καὶ διδόασιν αὐτοῖς. Descripsit e Lib. IV. K. A. p. 272.

Ἠλινδημένον — ὅπερ Ἰσοκράτης ἀλινδεῖσθαι λέγει. In Orat. ad Philip. p. 98.

Ἤνεγκον ἀπὸ τοῦ ἐνέγκω· ἐνέγκαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἤνεγκας. Schol. *Com.* ad Ran. v. 1334. sic: ἤνεγκα δὲ ἀπὸ τοῦ ἐνείκω. In *Suida*, ut rectius, puto, legetur, ἀπὸ τοῦ ἤνεγκα, ita in Schol. ἤνεικα δὲ ἀπὸ τοῦ ἐνείκω; ut Jonica sibi respondeant.

Ἡρακλῆς ξενίζεται — Habet noster ex *Aristoph.* Lysistr. v. 927. & Schol.

I.

Ἰδού· ἀντὶ τοῦ λάβε, κράτει. Sunt eiusdem Schol. ad Eqq. v. 120. Ἰδού, τί φησιν ὁ χρησμός·

Ἰδού· ἰδέσθω. Editio princeps subiungit insuper, θέασαι, quod in *Aristoph.* Eqq. v. 993. iungitur τῷ ἰδού.

Ἰσχέτω· κατασχέτω, Ἴωμεν, ἠδὲ μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω. Apud Eund. Vesp. v. 1256. ita legitur: Ἄγε νῦν ἴωμεν, μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω. Locum parallelum ex Eqq. v. 720. indicavit *Toup.*



Θ.

Θεόδωρος Βυζάντιος — ὃς ὑπὸ Πλάτωνος λογοδαίδαλος ἐκλήθη. Phaedr. p. 353. B.

Θερκλυτήσαντες — μήτε μὴν — νενομισμένους θεούς. Descripsit hoc fragmentum ex *Men.* Rhet. Exc. Legat. p. 96. A.

Θεσμοφόρια — Ὥσπερ ἐν Θεσμοφορίοις νηστεύομεν ἄνευ θυηλῶν. Ἀριστοφάνης. Versus est Av. 1518. seq. ubi Ἀλλ' ὡσπερεὶ Θεσμ. νης. Ἄνευ θυηλῶν.

Θῶπες καὶ κολακευτικαί. Καί ἐστι θωπικαὶ φύσει. Verba sunt Eiusd. ex Lys. v. 1036. ubi ὡς ἐστε ———

Θυμὸς ἑπταβόειος — τοῦ Ἄγαντος. Debet Noster Schol. ad Ran. v. 1049.

K.

Καθηκιύσαις — διεκτροχαζούσαις. Ξενοφῶν ἐν πέτραις καθηκούσαις ἐπ' αὐτὸν τὸν ποταμόν. Extat, quem respicit locum, Lib. IV. K. A. p. 287. unde apud *Suid.* leg. τὸν ποταμὸν, & διεκτροχάσαις, aut διεκτροχαζούσαις.

Κα-

Καθυπερηκόντισαν· ὑπερεβάλοντο, ἐνίκησαν. Spectant haec *Ariſtoph.* Av. v. 126.

Κακία· διώνυμός ἐστιν ἡ λέξις — Videntur haec, ut proxime praecedentia, in compendium redacta ex *Chryſ.* Serm. Daem. non gub. mundum T. V. Opp. p. 708. B.

Κακῶς εἰδότες· ἀντὶ τοῦ ἀγνοοῦντες. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ Εἰρήνης. Pag. 165. C. Sed etiam utuntur eadem dictione alii multi. *Plat.* Euthyphr. p. 49. A. *Xenoph.* L. II. K. Π. p. 142. *Theoph. Simoc.* Hiſt. IV. c. XIII.

Καλλικόμος· σοφὸς, ποιητής. Nullius ſenſus haec ſunt. Fons, unde ſunt petita, eſt in *Ariſtoph.* Pac. v. 797. ſeqq. Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμων Τὸν σοφὸν ποιητὴν Ὑμνεῖν ——

Κατάγειν —— ὁ δὲ ἐπειρᾶτο κατάγειν τοὺς ἐκπεπτωκότας. Ξενοφῶν. Sunt haec depromta ex Lib. I. K. A. p. 4.

Κατακαίνειν· ἀναιρεῖν, πλήττειν —— καὶ Ξενοφῶν· τοὺς μὲν κατακαίνοντες, τοὺς δὲ καταδιώξαντες. Habetur fragmentum Lib. IV. K. A. p. 274. ubi hodie editur ἀποκτείναντες. Ex *Suida* reſtituendum, quod & in Add. bene monuit *Hutchinſonus.*

Κατὰ σχολὴν —— κατὰ σχολὴν παρὰ τ' ἀνδρὸς ἐξελθεῖν μόνη. Non eſt iſte Senarius in Theſm. ſed Eccleſ. v. 48.

Κατεσπίλασεν· ἀπροσδοκήτως ἐπιφανὴν — *Theoph. Simoc.* hoc verbo usum Lib. VII. Hist. c. III. iam notavit *Kuster*. Quam male redditum ibi sit κατεσπίλαζον per *lacerarunt*, patet. Idem error est Interpretis in Eiusd. fragmento altero apud *Etymol.* M. in V. κατασπιλάζοντες, quod reperitur Lib. IV. c. 5. καὶ φιληπίδημον φόνον κατασπιλάζοντες, vertiturque: *a stragibus hostium in sua provincia refugientes*; *Suida* igitur & *Etymologo* viam, ut vertenda utrobique sunt, praemonstrantibus.

Κατειρωνεύεται· γενικῇ, μεγαλοφρονεῖ, ὑποκρίνεται. Τὰ οἰκεῖα ἐξαίρων καὶ κατειρωνευόμενος ὁ Χοσρόης ἀντέχεσθαι Μαυρικίου. Distinguenda haec sic: ὑποκρίνεται τὰ οἰκ ἐξαίρων. Καὶ κατειρ. — Fragmentum autem hoc debetur *Theoph. Simoc.* Ἱσ. πρώτ. p. 54. ubi plenius, καὶ ἐδόκει κατειρωνευόμενος ὁ Χοσρόης ἀντέχεσθαι τῆς ὁσίας Μαυρικίου μνήμης. *Favorin.* κατειρωνεύεται, ὑποκρίνεται, δουλεύεται, μεγαλοφρονεῖ. Qui pro δουλεύεται dederat, opinor δολιεύεται.

Κατόπιν — γίνεται κατόπιν τὸ Ῥωμαϊκὸν τῆς προτέρας εὐκλείας. Fragmentum est ex Eiusd. Lib. III. Hist. c. XV.

Κεκονιμένοις· ἀσβέστῳ κεχρισμένοις. Οἶνος δὲ ἦν, ὃν ἐν λάκκοις κονιατοῖς εἶχον. Ξενοφῶν φησί. Libri nempe IV. K. A. p. 281.

Κελαινοφαὴς· μέλαινα. Ἀριστοφ. Βατράχ. Ὦ νυκτὸς — est cit. Fab. v. 1366.

Κεροβάτης ὁ Πάν — καὶ παροιμία. Δὸς τόξα κεραυλ-

ρουλκά. Ita dedit *Kuster.* sed leg. ex Edit. *Mediol.* καὶ κατ' Εὐριπίδην· Δὸς τόξα κερουλκά· cuius in Orest. v. 268. Apud *Suid.* quae praecedunt, collecta ex *Aristoph.* Ran. v. 232. seq. & Schol.

Κεχήνατε· ἐξαπατᾶσθε, ἐννεοί ἐστε. Expositiones sunt Schol. ad *Com.* Ach. v. 133. Editio *Mediol.* ut aliae, cum MSS. uno excepto Paris. apud *Kuster.* ἐξαρτᾶσθε. Et ita *Favorinus.*

Κιγκλίδας· τὰς διπλᾶς θύρας — Hoc, ut sequens Κιγκλίδες, ex Schol. petitum ad Eqq. v. 638.

Κομάρους· θηλυκῶς· ἀρσενικῶς δὲ κόμαρους. εἴδη δὲ δένδρων ταῦτα. Verbis totidem Schol. *Aristoph.* ad Av. v. 621.

Κόνισαι· γυμνάσθητι. Ita *Aristoph.* Eccl. ult. & Schol.

Κορκορυγάς — Οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες τινὰ κορκορυγὴν ἐκύκων. Versus est Eiusd. in Lys. 491. sq. ubi Ἀεί τινα κορκορυγὴν —

Κωλακρέται — Σὺ δὲ χασκάζεις τὸν κωλακρέτην — κέλληθεν. Versus est *Aristoph.* in Av. 699. Reliqua fere omnia debentur Schol. qui videndus etiam ad v. 1540.

Κωφὰ καὶ παλαιὰ ἔπη ψυχρά, καὶ οὐδὲν σαφὲς ἔχοντα, ψιθυριζόμενα. Verba sunt *Soph.* Oed. Tyr. v. 298. eiusque Schol.

Κρατήτειος· ὁ τοῦ Κράτητος. Cauta magis quam in-

inepta dici meretur *Aem. Porti* versio, *qui est Cratetis*, quia intelligi in ea commode possit *filius*. Sed quam reprobans *Heumann*. Poecil. T. III. p. 634. suppleri vult *Grammaticus*. Sectatorem designaturi Graeci facere id solent per τοὺς περὶ τὸν, veluti οἱ περὶ Ἀρκεσίλαον Ἀκαδημαϊκοί· aut per generale nomen sectae cum ἀπὸ vel ἐξ, tanquam οἱ ἀπὸ τῆς σοᾶς, Ἐπικούρου. Ἐκ τοῦ Περιπάτου καὶ τῆς σοᾶς. vel; ut *Athen*. Lib. IX. p. 387. D. Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἀρισοφάνειος. ibid F. Ἕρμιππος ὁ Καλλιμάχειος· vel simpliciter, ῥήτωρ Ἰσοκράτειος in *Diog. Laërt.* Lib. IV. 23. & II. 15. vel plenissime, ut Βίων — Θεοδώρειος ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἐπικαλούμενος, laud. iam Lib. IV. c. 23. Apud *Suid.* alia ellipsis locum habere nequit, quam V. υἱός. Atque sic ὁ Κλεινίειος in *Platon.* Gorg. p. 295. D. est Alcibiades ὁ τοῦ Κλεινίου.

Κρηναῖος — κρηναῖος ποτὸς est *Soph*. in Trach. v. 14.

Κριτοτράγων — Spectat locum *Aristoph*. Av. v. 232.

— Κοιάσωρ. Τὴν τοῦ Κοιάσορος διέπων ἀρχήν. ἣν οἶμαι ἀπὸ τοῦ ἀναζητεῖν ὧδε λελέχθαι παρὰ Ῥωμαίοις. Fragmentum hoc hausit *Suid.* ex *Justini* Legat. ad Pers. p. 105. E.

Κῦνα δέρειν δεδαρμένην — Sunt ex *Aristoph*. Lys. v. 158. & Schol.

Κυνίσκας — Eiusdem sunt Schol. ad Ran. v. 1403.

Κύρ-

Κόρμα· ἐπίτευγμα — καὶ σπάραγμα τοῦ νοῦ. Eadem habet Schol. ad *Aristoph.* Av. v. 430. neque discrepat Edit. *Mediol.* nisi quod apud Schol. male, pro ἐπίτευγμα, legatur ἐπιτατικὸν, pro ἐπίτευκτον aut ἐπιτευκτικόν. Bene *Kuster.* vitioso τοῦ νοῦ substituendum vidit τῶν κυνῶν.

Κύστιν — τὴν φῦσαν. εἴρηται δὲ φῦσα ἀπὸ τοῦ πάσχειν πεφυκέναι. Sunt rursus Schol. ad Nub. v. 404 *Suidae* editio *Kusteriana* nil ultra dedit quam κύστιν τὴν φῦσαν, praetermissis εἴρηται — πεφυκέναι.

Λ.

Λάκκος. Ἀθηναῖοι —— Non., quo remittit *Kuster.* in Schol. ad Thesmoph. leguntur, sed Eccles. v. 154.

Λαμπάδιον· ἡ λαμπάς. οὕτω Δείναρχος καὶ Πλάτων. Locus, quem respicit, extat Lib. I. de Rep. p. 410. A. λαμπάδιον vocans, quod prius λαμπάς.

Λαμπρόψυχος· μεγαλόψυχος. Sic λαμπροὶ τὰ φρονήματα iuventus Messeniorum apud *Pausan.* Messen. p. 314. ubi scribit, ἀσθενέστερα; Messenii, ἀφίστασθαι πάντως ἐγίγνωσκον, a Lucedaemoniis, ἦγον δὲ οὐχ ἥκιστα ἐς τοῦτο οἱ νεώτεροι, πολέμου μὲν ἔτι ἀπείρως ἔχοντες, λαμπροὶ δὲ ἄλλως τὰ φρονήματα.

Λαμπρυνομένων· ἀντὶ τοῦ καυχωμένων καὶ νικώντων ἐν

ἐν τοῖς ἅμμασι. Sic Schol. *Aristoph.* ad Eqq. v. 554.

Λίλαιαι — Sunt descripta ex Eiusd. Schol. ad Acharn. v. 409.

Λέπαδνα· οἱ μασχαλιστῆρες — Eaedem explicationes sunt Schol. ad Eqq. v. 765.

Ληθηδών· λήθη. Λήθη δέ ἐστι ἀποβολὴ ἐπιστήμης. Debet *Suidas* hanc definitionem *Plat.* in Phaedr. p. 383. E. quae eidem in Conv. p. 330. A. ἐπιστήμης ἔξοδος· itemque μνήμης ἔξοδος in Phil. pag. 81. F.

Ληκώμεθα —— Ἀριστοφάνης· μάλισθ' ὅταν ὑπό του ληκώμεθα τὴν νύχθ' ὅλην. Spectant haec v. 500. in Thesmoph. ubi vero editur — ὅτ' ἂν μάλισθ' ὑπό του βινώμεθα, Τὴν νύχθ' ἕωθεν σκορόδια μασώμεθα.

Λογοποιός — Vid. hunc ad l. *Reizii* Var. Lect. p. 473.

Λόγχη — τὴν ἵππον. Descripta dedit verba Schol. *Sophocl.* ad Oed. Colon. v. 1371.

Λοφεῖον — θήκη — τὸν ἐλάττονα — λόφων, καὶ γράφεται διὰ τοῦ ι —— τὴν θήκην τοῦ λόφου. Sic Schol. *Aristoph.* ad Acharn. v 1108. in quo non comparent verba, καὶ γράφεται διὰ τοῦ ι. nec ultimum τοῦ λόφου.

Λωπὰς καὶ λωποδύτης· Rariora sunt usus, nec

nec isti apud recentiores; ut in *Chryf.* Tom. III. Opp. p. 757. B2. λοιπάδες χρημάτων & ἁμαρτημάτων· atque ita rursus Tom. VI. pag. 704. E.

Λυγιζόμενος· στρεφόμενος, καλυπτόμενος —— καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ, πάσας — ἀποστραφῆναι λυγιζόμενος. *Platonis* verba frustra in memorato Dialogo a *Kustero* quaesita, nec mirum; sunt enim Lib. III. de Rep. p. 440. B. ubi perperam ἀποστραφῆναι λογιζόμενος· quod *Ficinus* vertit, *perfugia invenire.* Bene *Kusterus* τῷ καλυπτόμενος apud *Suid.* substituendum vidit καμπτόμενος, ut juncta incedunt in *Them.* Orat. XXI. p. 249. B. καμπτόμενοι καὶ λυγιζόμενοι· & in *Philostrato*, unde, notante *Kustero*, fragmentum ductum ad V. λυγίζειν, continuo sese excipiunt, κάμπτειν, λυγίζειν & στρέφειν. Compositum ἐκλυγίζεσθαι, quo carent Lexica, occurrit in *Porph.* de Abst. Lib. I. Sect. 33. ult. ubi ὀρχήσεις ἐκλελυγισμέναι. Idque restituam *Hesychio*, pro corrupto & varie a VV. DD. tentato, ἐσκελισμένος, ἐξεστραμμένος.

M.

Μαγίστερ· διδάσκαλε. Προβάλλεται καὶ Θεόδωρος τῇ μαγιστερίᾳ ἀρχῇ —— γεγαιρόμενον. Sumta sunt haec ex *Theoph. Sim.* Ἱστορ. Πρεσβ. p. 58.

Μάδδαν —— διὰ δύο δ δ. Sic Schol. ad *Aristoph.* Acharn. v. 732.

Mi-

Μελαμπύγου τύχοις — Ὅτι τοὺς λευκοπύγους ὡς γυναικώδεις ἐκωμῴδουν. Sunt itidem Schol. ad Lyſ. v. 803.

Μιμηλά. μιμητική Καὶ παροιμία· μήτε πλαστὰν μήτε μιμηλάν τουτέστι, μήτε πλαστὴν εἰκόνα, μήτε γραπτὴν καὶ μιμηλότητα. Dederat forſan *Suid.* κατὰ μιμηλότητα. Proverbium habet *Plutarch.* in Apophth. p. 191. D de Ageſilao Apopht. p. 215. & eius in Vit. p. 596. E.

Μιαρὰ κεφαλή. ἐκ τοῦ ἡγεμονικοῦ — μιαρὰ κεφαλή. Sunt *Ariſtoph.* & Schol. ad Acharn. v. 284.

Μόθωνες παρ' Ἀριστοφάνει οἱ εὐτελεῖς· μόθωνας γὰρ ἐκάλουν τοὺς παρεπομένους — ὀρχήσεως. Ita Schol. ad Eqq v. 631 non, quo per errorem retulit *Kuſterus*, ad Plut. v. 279. quem explicat praecedens Schol.

Μοιχεία καὶ φαρμακεία ταυτόν ἐστιν· ἀμφότερα γὰρ λάθρα γίνεται. Λέγονται δὲ καὶ ἐπιβουλαί· καὶ οὔτε — — — ἄνδρα. Ad verbum paene haec deſcripta ex *Artemid.* Lib. IV. cap. 73.

Μυστήρια — μύειν δέ ἐστι τὸ κλείειν. Legendum ex Schol. *Ariſtoph.* ad Ran. v. 459. τὸ στόμα κλείειν.

N.

Ναυσίπορος ποταμός· ὑπὸ νεῶν περαιούμενος. Reſpi-

ſpicit forte locum *Xenoph.* Lib. II. K. A. p. 125. ὁ Τίγρης ποταμός: ἐςὶ ναυσίπορος.

Νεωκορήσει· ἐνίοτε ἀντὶ τοῦ ἱεροσυλήσει. Ut nempe in *Plat.* lib. IX. de Rep. p. 503. E. ubi de homine prodigo: πρῶτον μὲν οἰκίας τινὸς ἐφάψεται, ἤ τινος ὀψὲ νύκτωρ ἰόντος τοῦ ἱματίου· μετὰ δὲ ταῦτα ἱερόν τι νεωκορήσει·

Νουμηνία — ἐν ταῖς νουμηνίαις — καὶ Ἀριςοφάνης· Τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ. Verſu nempe in Eqq. 43. Reliqua ſunt Schol.

O.

Οἷ. τοπικὸν ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ ὅπου. Ὦ δύςηνος, οἷ πεπλώκαμεν; Ἀριςοφάνης. Sc. in Thesm. v. 885.

Οἶδμα — Ἄγριον οἶδμα θαλάσσης. Idem in Av. v. 251. πόντιον οἶδμα θαλάσσης.

Οἶσθα — Οἶσθ', ὡς ποιήσων, ἀντὶ τοῦ ποιήσεις Ἀττικῶς. Edit. Mediol. non ποιήσων, ſed, quod dare debebat, ποίησον habet. Vid. poſt alios Cl. *Koen* ad *Corinth.* de Dial. p. 7. ſq.

Οἰσυπηρός — Ἔρια οἰσυπηρά· ῥύπου πεπληρωμένα. Sunt *Ariſtoph.* in Acharn. v. 1176. & Schol.

Ὀκέλλει — εἴρηται ἐπὶ τῶν νηῶν. καὶ ὀκέλλοι, προσορμίζοι. Sunt Eiusd. Fabulae ad v. 1159.

Ὀκνῶν· ἀναδυόμενος. Σοφοκλῆς. φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πᾶς ἀνὴρ πράσσων μέγα. Legitur in Electr. v. 323. ubi pro πᾶς, πρᾶγμ'.

Ὀλαὶ — αἱ μεθ' ἁλῶν μεμιγμέναι κριθαὶ καὶ — ἐπιβαλλόμεναι. Descripta exhibet verba Schol. ad Eqq. v. 1164.

Ὀμβρία χάλαζα — κεραυνός. Versus est *Soph.* Oed. Col. v. 1570. sq.

Ὀμβρῶ — καὶ ὀμβρολυτῶ — Propius ad veram lectionem Editio princeps ὀμβροβλυτῶ· ut dederit forsan *Suidas*, ὀμβροβλύζω, vel ὀμβροβλύσσω aut ὀμβροβλύττω.

Ὁμοίας λαβάς· ἀντὶ τοῦ μεταλήψεις καὶ μεταθέσεις. Sumsisse videtur ex *Plat.* Phaedr. p. 340. E. περὶ μὲν τούτου, ὦ φίλε, εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθας. Inter Prov. Metr. relatum extat v. 561.

Ὁπηνίκα· ὁπότε, ὅτ' ἂν Ξενοφῶν. Οἱ δὲ — ποιοῖντο. Extat hoc fragmentum in fine Lib. III. Κυρ. Ἀναβ.

Ὁπλὴ — κυρίως — καὶ Σιμωνίδης &c. Debentur omnia Schol. *Aristoph.* ad Acharn v. 740. Prior *Hesiodi* locus est Ἔργ. v. 489. alter ex Ἀσπ. v. 62.

Ὀπὸς — τοῦ γάλακτος. Explicationes sunt Schol. *Aristoph.* ad Pac. v. 1184.

Ὀρ-

Ὀρθοστάδιοι χιτῶνες — Eadem habet Schol. ad Lyſ. v. 45.

Ὄρθριος νόμος — Locus *Ariſtoph.* adductus reperitur in Eccleſ. v. 735. ſeq. reliqua tranſcripta ex Schol.

Ὅτα μὴ ἀπῆν τόγε ἀτρεμεῖν — Verba ſunt *Ariſtid.* T. II. p. 245.

Ὀσφραντικὸν αἰσθητήριον — κατέχεις ἀνφραινόμενος — ἐκ καρδίας γίνεται. Ad verbum deſcripta ex *Ariſtoph.* Ran. v. 492. & Schol.

Οὐκ ἀξιῶ· οὐχ ὑπολαμβάνω, οὐκ ἄξιον νομίζω. Spectat locum in Eqq. v. 182. ubi pro νομίζω eſt κρίνω.

Οὐκ ἐτός. — Ἀριστοφάνης — Quum, praeterquam in producto ex Pluti Fab v. 404. legatur quoque v. 1167. οὐκ ἐτὸς ἅπαντες — σπεύδουσι — γεγράφθαι — & in *Timaei* Lexico corrupte legatur, οὐκ ἔτως οὐκ ἐτησίως γεγραφὼς, οὐ ματαίως· ſuſpicari poſſis, illud γεγραφὼς inde pedem intuliſſe in *Timaeum*.

Ω.

Ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσί τε πράγμασι — ὥσπερ ἐκ τοῦ ῥάστου καὶ εὐχερῶς ἔτυχες (ἐπεὶ μηδὲ ἤλπισας — κατορθώματος) οὕτω καὶ ἀποβαλεῖς. Parentheſi quae deſignata ſunt ſi includantur, citra traiectionem videntur procedere.

Ὠσιζομένη· στενοχωρουμένη. Respicit *Aristoph.* Lys. v. 330.

Ὠφέλιμον — Ξενοφῶν· ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ὠφέλιμον ἔλεγον κατεσφάγησαν. Extat fragmentum Lib. IV. K. A. p. 270.

Π.

Παλαιόν· τὸ πρὸ πολλῶν χρόνων — Debentur Schol. ad *Aristoph.* Acharn. v. 414.

Πάνθ᾽ ὅσ᾽ ἂν Θεὸς θέλῃ — ἁπαντᾷ. *Aristoph.* in Pac. v. 938. seqq. Reliqua Schol. nonnihil diversa.

Πάντως — σὺ δὲ μνήσας σύγε πάντως κινήσεις Edit. Mediolan. ut MS. Cod. apud *Kust.* praebet νικήσεις. In τῷ μνήσας nec ipsa variat.

Παραγγέλλοντας — καὶ Ξενοφῶν· ὁ δὲ καταφεύγει — εἰς τὰ ὅπλα. Extat hic locus Lib. I. K. A. p. 55.

Παρακαλῶ· ὅτι καλῶ καὶ παρακαλῶ ἔλευσιν ἔχει. Vertere illud ἔλευσιν ἔχει praetermisit *Kusterus.* Reddendum fortassis, *accessum* seu *adventum*, adeoque *motum continent.*

Παρακείμενα· τὰ νῦν. ἱκανὰ κακὰ τὰ παρακείμενα. Habetur hoc fragmentum in *Comici* Lys. v. 1046.

Παρασάγγης —— Ξενοφῶν, Ὁ δὲ Κῦρος, ὁπόσον, ἔφη, ἄπεσι τὸ ςράτευμα —— Depromtum fragmentum hoc ex Lib. VI. K. Π. p. 451.

Παράσημος — καὶ παράσημον — τὸ ὕποπτον. Καὶ παράσημον ἦν τὸ λεγόμενον, καὶ φυγὴν ἐδόκει δηλοῦν. Verba sunt *Theoph. Simoc.* Lib. II. Hist. c. XV.

Παῤῥησία· ἐξουσία, ἄδεια. Οἱ δὲ τῇ μαχαίρᾳ τὴν παῤῥησίαν ἐδίδοσαν. Eundem *Theoph. Sim.* auctorem habent Lib. v. c. 1.

Πατάγου χυτρείου· ἀντὶ τοῦ κεραμέου sive κεραμεοῦ — intactum debuisset relinquere *Kuster.* πατάγου χυτρείου versus est 329. ex Lysistr. reliqua ad verbum Schol.

Περιβαλλομένους —— Ξενοφῶν· Τοὺς ἐπιδηδείους caet. Depromta sunt ex Lib. I. K. Π. p. 46. ubi pro ὅπως τις ἐπιτυγχάνει editur ὅτῳ τις ἐντυγχάνοι.

Περιεβάλλοντο —— Οἱ δὲ καταδραμόντες τὴν χώραν περιεβάλλοντο λείας πλῆθος. Hunc in modum immutatum forte dedit *Suidas* locum *Xenoph.* Lib. III. K. Π. p. 216. qui habet, καταδρομὴν ποιήσαντες, περιεβάλλοντο πολλὴν καὶ παντοίαν λείαν.

Περίθου —— Locus *Aristophanis*, quo haec spectant, non in Eccles. Fabula reperitur, sed Thesmoph. v. 387.

Πειρῶν —— Πειρασάντων — παντάπασι. Sunt Schol. ad Eqq. v. 514.

Πημονεῖον — βλάψειαν. Ὁ δὲ οὐ πρότερον ἀνῆκε — διαχειρίσασθαι. Debet Noster hoc fragmentum *Agath*. Lib. V. p. 164.

Πλαδδιεῖν· παραφρονεῖν, πολεμεῖν, πληροῦν. Eadem habet Schol. ad *Aristoph*. Lys. v. 171.

Ποδαπός. — Ξενοφῶν· ἐρωτώμενος δὲ ποδαπὸς εἴη, Πέρσης ἔφη εἶναι. Extat locus Lib. IV. K. A. p. 302.

Πόνος πόνῳ πόνον φέρει. — οἷον κάματον. Sunt *Soph*. in Aj. v. 891. & eius Schol.

Πρὶν λαχεῖν τὰ κοινὰ κατεσθίεις. Est Comici versus 258. in Eqq. Fabula. Sequentia inde debentur Schol.

Πρόβαινε. Τοῦτο ὡς ἐπὶ ὄχλου τῶν πομπευόντων τινί. Sunt Eiusd. ad Acharn. v. 256.

Προίκτης ὁ ἐπαίτης. Προίκτας, καὶ γόητας, καὶ βωμολόχους ἀποκαλοῦσι. *Suidae* sunt modo vocabula tria prima, non item, quod *H. Steph.* in Thes. & *Suidae* interpretes existimarunt, reliqua, verum *Artemidori* in Prooem. p. 3.

Προσάγειν καὶ παράγειν διαφέρει. Προσάγουσι — ἐπὶ πολύ. οὕτω Ξενοφῶν. Libro nempe V. K. H. p. 384. non, quod *Portum* secutus *Kusterus* putabat, Exped. Cyri. Vid. ad *Xenoph*. not. *Hutchinsonii*.

Προσφερεῖς· ὁμοίας. — Apud *Hesych*. corrupius

ptisſime cum legatur: προσφερεῖς κόῤῥας. ὁμοίως ἀλλήλων κοάρων ῥοάς· dediſſe eum crediderim: προσφερεῖς κόρας, ὁμοίας ἀλλήλαις κόρας· duce *Eurip.* Oreſt. v. 408. Ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας.

Πρόσφορον — Οὐ γὰρ διὰ τὴν τύχην — τὸ πρόσφορον. Extat fragmentum hoc apud *Theoph. Sim.* Ἱστορ. Πρεσβ. p. 62.

Πτερεδόνητος· πτεροῖς πλεχθείς. Sunt Schol. ad Av. v. 1402.

Ποῖ πότε. Ἀριστοφάνης· ποῖ γὰρ καὶ χρῆν ἀναμεῖναι; verſus eſt 526. in Lyſ. unde liquet, πότε cum ſit explicatio Schol. τοῦ ποῖ, diſtinctione inde ſeparandum.

Πυγή — καὶ παροιμία· Ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν· — ἐπὶ τῶν ὀφθαλμιώντων· Sunt *Ariſtoph.* eiusque Schol. ad Eccleſ. v. 255.

Πύελος — Et iſta Schol. ad Eqq. v. 1057.

Πυθικὸς βοὴ — Ἡ μετ' αὐλοῦ γινομένη βοή — πυθαύλης λέγεται. Schol. ad Av. v. 858. ubi γίνεται pro λέγεται.

Πυρός. — Οἱ δὲ ἑφθοὶ πυροὶ — ἐγερτικοί. Et haec Schol. ad laud. Fabulae v. 566.

P.

Ῥόθιον — Αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον. Pars est v. 543. ex Eqq.

Σ.

Σάγμα — καὶ Σοφοκλῆς. κάλλιστα τεύχη δ' ἐν καλοῖσι σάγμασι. Non *Sophoclis*, sed *Eurip.* versus in Androm. 617.

Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει. μ' ἀλλὰ πλεῖν ἢ μαίνομαι. πλέον ἢ μαίνομαι ἐπ' αὐτῷ· τουτέστιν ὑπερβαλλόντως μοι ἀρέσκει. Ἀττικῶς. μᾶλλον ἢ μαίνομαι. *Aristophanis* esse versum in Ran. 103. quum praeteriret *Kuster.* secutus auctoritatem Cod A. Paris. ita repraesentavit locum, ut posuimus. Apud Comicum edidit: Ηρ. Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει; Δι. Καὶ μάλα πλεῖν, ἢ μαίνομαι. In Not. ibi mirum ait esse genus loquendi Atticorum. Etsi ex Schol. constet de V. μάλα, aliter in aliis Codd. fuisse scriptum, recepta tamen interpunctio per interrogationem & responsionem, itemque καὶ μάλα verissima videtur lectio, certe antehabenda τῷ μᾶλλον πλεῖν, quod in Edit. *Mediol.* atque aliis.

Σιγῶ — Σιγᾷ μὲν ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν. Non *Euripidis* ex Jonis tragoedia, quod hic putat *Kuster.* sed versus est Poëtae *Jonis*,

e

e Fabula, inscripta Φρουροί, a Comici Schol. ad Ran. v. 1472 laudati.

Σκιάποδες — *Τούτους ἔχειν βήματα φασὶ* — τοῦτο γὰρ ἐχαρίσατο αὐτοῖς ἡ φύσις. ἴσης οὔσης τῆς γῆς αὐτῶν καὶ τραχείας καὶ κατάδυσιν μὴ ἐχούσης εἰς ἀποφυγὴν τοῦ καύματος. Descripta haec sunt ex Schol. *Aristoph.* ad Av. v. 1552. ubi ἴσης abest, hinc Scholiastae restituendum.

Σκίῤῥα· γῆ λευκή· ὥσπερ γύψος. Apud Schol. ad Vesp. v. 921. editur σκιῤῥάς.

Σοβαρῶς· ἐκθύμως, σπουδαίως. Sic quoque explicat Schol. ad Pac. v. 82.

Σοῦ. Ἀριστοφάνης Σφηξί. ποῦ 'στι μου τὸ δικτύον; Σοῦ, σοῦ πάλιν σοῦ — est v. 208. sq. ubi μοὶ pro μοῦ.

Σοῦ γ' εἵνεκα· τοῦτο λέγειν εἰώθεισαν οἱ ναῦται τῷ ἐπιβάτῃ. Ἀριστοφάνης Βατράχοις· versu nempe 191. ubi in Schol. εἰώθασιν, atque insuper ὡς χαριζόμενοι τῷ ἐπιβ.

Στυφελισμούς· ὀργάς — λοιδορίας. Et has explicationes Schol. debet ad Eqq. v. 534.

Συνεβάλλοντο· παρεῖχον. Ὥστε καὶ συνεβάλλοντο εἰς τὴν τροφὴν τῶν στρατιωτῶν Ἑλλησποντιακαὶ πόλεις. Verba sunt *Xenoph.* Lib. I. K. A. p. 5. ubi ὥστε καὶ χρήματα συνεβάλλοντο.

Συνέβαινεν· Ἀριστοφάνης Βατράχοις. Οὔτε γὰρ — Αἴσχυλος. — v. 819. & ibi Schol.

Συνεπισπεῦσαι. Ὁ δὲ ἐκέλευε τοὺς κρατίστους συνεπισπεῦσαι τὰς ἁμάξας. Non *Polybii* funt verba, fed *Xenoph.* Lib. I. K. A. p. 51. in pauciora, quam leguntur ibi, contracta.

Συνεσκευάσθαι. Ὄψα δὲ — ἁρμοῖ. Eundem hoc quoque fragmentum novit Lib. VI. K. Π. p. 443.

Συσκευάζει — Ὄναρ ἐφίσταται θεία τις ὄψις, καὶ λέγει, δεῖν συσκευάζεσθαι, καλεῖν γὰρ τὸ χρεὼν αὐτόν. Vel ex eodem depromtum *Xenoph.* Lib. VIII. K. Π. p. 646. vel alio fcriptore, qui *Xenophontem* imitari voluit, legens ibi: κοιμηθεὶς Cyrus, ἐν τῷ βασιλείῳ, ὄναρ εἶδε τοιόνδε· ἔδοξεν αὐτῷ προσελθεῖν κρείττων τις ἢ κατὰ ἄνθρωπον, εἰπεῖν, συσκευάζου, ὦ κῦρε· ἤδη γὰρ εἰς θεοὺς ἄπει.

Σφίν· αὐτοῖς, καὶ ἀντὶ τῆς οἷ ἀντωνυμίας παρὰ Σοφοκλεῖ Εἶδες γὰρ τελεσφόρον χάριν δοῦναι σφίσιν οἱ αὐτῷ. Non funt ex Philoctete, fed Oed. Col. v. 1558. cuius e Schol. hic leg. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, τελεσφόρον χάριν δοῦναί οἱ, ἢ αὐτῷ. Verba ipfa *Sophoclis*, quod opinatus videtur *Kusterus*, *Suidas* non addidit.

Σφριγῶν — Οὕτω μὲν ἐσφρίγα ὁ πόλεμος. Fragmentum hoc extat in *Theoph. Simoc.* Ἱστορ. Πρεσβ. p. 58. Idem iterum Lib. III. Hist. Cap.

Cap. IV. ὁ δὲ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν πόλεμος ἐσφρίγα καὶ ἐσφάδαζε.

Σχίζας. Κυρίως ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὰ ἐπὶ ταῖς θυσίαις τιθέμενα ξύλα. Sunt Schol. ad *Aristoph.* Pac. v. 1024.

T.

Ταλαύρινος· ὑπομονητικὸς, καρτερικὸς ἐν τῇ μάχῃ. Sic explicat Schol. ad *Comici* Acharn. v. 962.

Τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες. Depromtum ex *Plat.* Lib. X. de Rep. p. 518. D.

Ταριχεύειν. Ὥσπερ οἱ τὰ ὠὰ τέμνοντες καὶ μέλλοντες ταριχεύειν. Extat apud Eundem in Conv. p. 322. E.

Τερατευόμενος — Haec depromta ex *Aristoph.* Eqq. v. 624.

Τέρμα — Ex Ejusdem. Av. v. 706.

Τετρώβολον· τουτέστι πολυτίμητον. Ita quoque Schol. ad Pac. v. 253. omissa pariter negativa ante πολυτίμητον.

Τείχει καθεσθεὶς, εὐτυχὴς πέλειν δοκεῖ. *Aristid.* T. II. p. 204. Themistoclem adversus *Platonis* criminationes defendens, aliud longe esse dicit, ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ περὶ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ λέγειν, καὶ τὴν εὐψυχίαν δεικνύναι, καὶ ἔξω τῆς ζάλης ὑπὸ τῷ τείχει καθήμενον

Τιμαγένης — ἐτελεύτησε δὲ ἐν Δηβάνῳ. Legendum coniicit *Rubenius* ad *Senec.* de Ira Lib. III. c. XXIII. ἐν Ἀλβάνῳ.

Τομόν. — οὕτω Πλάτων. in Tim. p. 539. F.

Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. — Πλάτων ἐν Γοργίᾳ — p. 302. F.

Τραγῆν ἐνημμένος μέλαιναν· ἀντὶ τοῦ αἰγίδα. Ex Schol. ad *Aristoph.* Acharn. v. 146.

Τραγῳδικόν· ἐμπαθές. ἐπείπερ — μέλλει λέγειν. Horum fundus non in *Aristoph.* Plut. v. 424. ubi esse putabat *Kusterus*, sed Acharn. v. 9. unde ad verbum sunt descripta.

Τραγαλίων· τῶν τραγημάτων. οὕτω γὰρ — οἱ παλαιοί. Sunt Schol. ad Pac. v. 767.

Τοῖς πολλοῖς τοῦ ὀβολοῦ· τουτέστι τοῖς εὐώνοις. Omissa haec in Edit. *Kuster.* petita sunt ex Eqq. v. 941. & Schol. qui insuper nonnulla subiicit.

Τύχην συντυχίαν παρὰ Σοφοκλεῖ. Oed. Col. v. 1575. καί σοι θεῶν Τύχην — τῆς ὁδοῦ. ubi Schol. expl. per ἐπιτυχίαν.

Υ.

Ὑπεξιοῦσα. Νεᾶνις γὰρ ἄρτι τῶν παρθενικῶν θαλάμων ὑπεξιοῦσα. Legitur hoc idem fragmentum supra in V. ἐπεξιέναι, ubi ἐπεξιοῦσα.

Ὑπο-

Ὑποβιβάζοντες· ἐλαττοῦντες ἢ ὑποβιάζοντες. Nullum adhuc exemplum se obtulit verbi ὑποβιάζειν. In Vulg. Lex. scribit *Steph.* exponi, *violenter depellere.* Apud *Procop.* Lib. II. B. V. cap. IV. legas, ὑποβιαζόμενοι τῆς τῶν λαφύρων ἐπιθυμίας ἐς ὀλιγωρίαν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐτράποντο. Verum ubi ὑποβιβαζόμενοι forsan restituendum, sensu, ut videtur, optimo pro ἐλαττούμενοι.

Ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ. ἀντὶ τοῦ ὑποτρέχειν. Sunt *Aristoph.* in Eqq. v. 1158.

Ὑπόκωφος· ὁ ἀκούων, καὶ μὴ προσποιούμενος. Leg. καὶ μὴ ἀκούειν προσποιούμενος, ex Schol. ad cit. modo Fabulae v. 42.

Ὑπολαμβάνοντας —— Εἴπῃ —— ὑπολαμβάνοντας Fragmenti auctor adhuc quum lateat, & vertatur, *sicubi* milites *in fluvium incidissent* —— quaero, unde illud *milites* arripuerit Interpres. *Plat.* Lib. v. de Rep. p. 458. A. restitui sibi vult ὑπολαβεῖν, pro edito ἀπολαβεῖν. Dicit ibi: ἄν τις εἰς κολυμβήθραν μικρὰν ἐμπέσῃ, ἄν τε εἰς τὸ μέγιστον πέλαγος, ὅμως γε νεῖ οὐδὲν ἧττον. οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον, καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου, ἤτοι δελφῖνά τινα ἐλπίζοντας ὑπολαβεῖν.

Ὑποστάς· — Ξενοφῶν· Ὅστις — Ἀριστώνυμος. Extant verba Lib. IV. K. A. p. 271.

Ὑποτείνων· ὑπισχνούμενος. Οὐ θωπεύων, —— ἐξαπατύλλων. Versus est 657. ex Acharn.

Φ.

Φαληρὶς· Ὄρνις λιμναία — παρὰ τὸ φαλόν. Descriptum ex Schol. *Aristoph.* Av. v. 566. De διττογραφίᾳ v. φαλὸν & φαλλὸν vid. *Eustath.* ad Il. A. p. 65. med.

Φαλλικά. Τὰ — ᾀδόμενα μέλη· Ex eodem huc translatum Schol. ad Acharn. v. 260.

Φαντάζομαι· συκοφαντοῦμαι. Ἀριστοφάνης. In Acharn. v. 823. quem & ipsum locum respiciens *Hesych.* per συκοφαντοῦμαι explicuit.

Φάρος· ποταμὸς Κιλικίας, οὗ τὸ εὖρος πλέθρων τριῶν. Καὶ Πύραμος — οὗ τὸ εὖρος σταδίου. Καὶ Χάλος — οὗ τὸ εὖρος πλέθρου. Trium horum fluminum latitudinem docuit nostrum *Xenoph.* Lib. I. K. A. p. 33. & 39. Verum pro Φάρος reponendum esse Σάρον, monstrat ibi *Hutchins.* De Χάλῳ rursus infra in v. de Πυράμῳ supra.

Φαύλως πάνυ — Haec non leguntur in exemplo, quod dedit ex Vesp. v. 654. Sed huc translata ex Lys. v. 566. qui habet φαύλως πάνυ, & a Schol. exponitur εὐχερῶς. At ad Vesp. l. l. illustratur ἀφελῶς, ἁπλῶς.

Φενάκη. — Ἐς τὸ τραγὺς τὴν ἔρευναν ἐποιήσαντο — οὐκ ἐνῆν. Sunt verba *Theoph. Simoc.* Lib. II. Hist. c. V. ubi perperam τὴν εὕρεσιν, nisi forte dederat τὴν ἔρευσιν. *Hesych.* ἔρευν, ἐρεύνα. Apud *Suid.*

Suid. quoque οὐκ ἐνῆν praeferendum videtur τῷ οὐκ ἂν ἦν.

Φενάκη· τὸ προκόμιον. Ἡ γὰρ τῆς φενάκης ἀπάτη λίαν ἐγκρατῶς ἀπεβουκόλει τὸν βάρβαρον. Ex Eiusdem depromtum Lib. VI. c. V. ubi τῆς φεν. ἰσχύς.

Φῆναι· συκοφαντῆσαι φενακίσαι. Schol. ad *Aristoph.* Acharn. v. 541.

Φιλομαθής. ὁ ἔμπειρος. Ξενοφῶν· δεῖ δὲ —— μηχανημάτων. Extat Lib. I. κ. π. p. 93.

Φλεγμαίνουσαν πόλιν. Ex *Plat.* II. de Rep. p. 427. G.

Φροντιζόντων· συνεστώτων. Καὶ Φροντιζόντων ἀντὶ τοῦ συχναζόντων. Quum *Kustero* συνεστώτων mira ac paene inepta videretur interpretatio, non meminerat forte locutionum συστῆσαι τὸ πρόσωπον, & προσώπου σύστασις. Quid vero? si excidisse e *Suida* suspicemur τὸ πρόσωπον, vel potius τὰ πρόσωπα, aut etiam brevitatis ergo omisso, vix differet expositio a subiecta συγναζόντων. Eadem ratio est τοῦ συνάγειν & συντείνειν τὸ πρόσωπον. *Jo. Chrys.* T. V. Opp. in N. T. p. 1000. C 2. σκυθρωπὰ καὶ συνηγμένα πρόσωπα. *Plut.* T. II. p. 412. E. ταῦτα — καὶ τὰ τοιαῦτα συντείνει καὶ συνίστησι τὰ πρόσωπα· τὰ δ' ἄλλα ἕξεσι τὰς ὀφρῦς κατὰ χώραν ἔχοντας φιλοσοφεῖν. Lat. *contrahere*, *conducere vultum frontemve*, item *componere in terrorem*. Vid. de loquendi genere συστῆσαι τὸ πρόσωπον ad locum *Thuc.* Lib.

Lib. VII. cap. 71. ad *Herodot.* VII. c. 170. & *H. Steph.* Thes. T. IV. p. 220. B.

Φύρεται· μολύνει — Compositum ἀποφύρειν, praetermissum in Thes. *Steph.* occurrit in *Aristoph.* Pac. v. 286. ubi ἀπόφυρε τὰ σκεύη· & restituendum forte *Hesychio*, ut pro eo, quod editur, Ἀπέφρυσεν, ἀπέξεσεν, ἀπέβαλεν· legatur: Ἀπέφυρε, vel ἀπέφυρσεν — ἀπέλαβεν· eo accepto sensu τῷ ἀπέλαβε, quo ἀφεῖλε. *Hesych.* supra: ἀποξύσας, ἀφελών.

Φύσκη· τὸ παχὺ ἔντερον — ὁ ἀλλᾶς. Sunt Schol. *Aristoph.* ad Eqq. v. 363.

X.

Χεύμασι. προχοὴ, ἡ ἐκ δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν ἔχουσα θάλασσα. Haec vel corrupta, vel mutila visa *Kustero*, ideoque consulto in versione omissa. Quid vero, si intelligatur vox ποταμοῦ, & θάλασσα transire iubeatur in θάλασσαν. Sic Νείλου προχοαὶ in *Aesch.* Suppl. v. 1032. & *Aristoph.* Nub. v. 271. Vid. supra v. προχοαὶ, itemque *Hesych.* in Προχοαὶ & Προχοή. apud quem etiam, prorsus ut in *Suida*, χεύμασι, προχοή.

Χίδρα· χίδρον —— Χίδρα ἐρεικτὰ — κρινόμενα ὡς σεμίδαλις. Habet eadem Schol. *Aristoph.* ad Pac. v. 595. nisi quod omittat ὡς σεμίδ. & pro κρινόμενα sit γινόμενα. sed ad Eqq. v. 803. in utroque consentit.

Χί-

Χίδρα· ςάχυες νεογενεῖς — τὸ χεῖσθαι. Ex Schol. ad Eqq. v. 803.

Χιλή· τροφή. Καὶ χιλός. Ξενοφῶν. τὰ δὲ κτήνη — ἐτρέφετο. Leguntur haec Lib. IV. K. A. p. 314.


Χόλικες· τὰ παχέα — εἶδος ἰχθύος. Debentur Schol. ad Pac. v. 716.

Χρηςῶς — καὶ τὰς καινὰς ἔφερε πολιτείας. Pro ἔφερε *Kuster.* legi vult ἐφεῦρε. Servat *Suidae* lectionem Schol. ad Eccles. v. 220.

Ψ.

Ψευδατραφύξιος πλέα —— Non haec sunt *Aristoph.* in Acharn. sed Eqq. v. 627.

Ψυχάζειν — Οἱ δὲ — μεταδιδόναι τινός. Fragmentum hoc legitur in *Theoph. Simoc.* Lib. VII. Hist. c. IV.



GERARDI HASSELTI

EXPLICATIO

TITULI

CALICIS ANTIQUI

e supellectile sua.

Hunc calicem, cum adhuc sui juris esset, ad Castra Vetera effossum fuisse memoravit *Henr. Cannegieterus* in *Mon. Dodewerd. c. VI.* Exstant plures ejusdem formae & artificii, veluti in *L. Begeri Thes. Brand. T. III. p.* 461. ille, in quo legitur SITIO, & *p. sq.* duo adhuc, quorum alter BIBE, alter PIE legendum dat: Alii, quem apud Comitem Randvicum viderat Cannegieterus, DA BIBERE inscriptum erat; alii, sed qui erat, & adhuc est, in supellectile Heekerana, MITE MERVM. In meo legitur.

IM· I· S· C· E·

Qui ut accurate explicetur, praemonendum est, & hunc, uti Begeriani omnes, ex





C: VAN: HOUTEN, Sculp.



ex terra rubra cum nigra incrustatura, literisque & ornamentis albis confectum esse. Quae Begerus *ornamenta* vocat, mihi sunt duae lineae serpentis ad instar circa ventrem ductae, & alia, sed recta, quamque colli summitas indicat.

Huc refero quoque signum illud ante literam M pictum, ideo, ut puto, ut unde legendo incipiendum esset haberemus, non I. M. I. S. C E, intelligo, quamvis haud paucis haec sententia exemplis firmare liceret; sed si haec figulus voluisset, puncto (.) sine dubio quoque ab aliis litteris distinctum esset. De MISCE haec legebantur in scedula, a Cannegieteri manu, *nempe vinum aqua, nisi mavis Da bibere;* & sic recte. Nam eodem significatu verbum occurrit, & quamvis praecipue de veneno usurpatum fuerit, utpote quod e pluribus herbis coctum erat (vid apud *Tibull. II. IV.* 60. & *Ovid.* in *Ib.* 299.) vinum tamen aqua mixtum fuisse probare non opus est; vulgaribus Interpretum testimoniis & adagiis addi possunt Poëtarum locutiones. quibus vinum haud adulteratum *merum*, vel per excellentiam *merum vinum*, appellarunt, ut in *Met. Ovid. XV. vs.* 331.

Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

illudque veteres probro vertisse, *Caldius Biberius Mero* demonstrat, & *Delrius ad Senec. Thyest. Act. V. vs.* 913. & *J. Casaub.* ad *Theophr.* pag. 158. Addi praeterea possunt *uvae* Catonis *miscellae*, e quibus praeliganeum vinum,

quod rustici bibebant, conficiebatur. vid. *Marc. Donat. ad Suet. Cal. C. XX.* De aqua nivata vid. *Thom. Dempst. ad Rosin V. XXX.* De marina *Plin. H. N. XIV. C. XVI.* De calida *Vinc. Busius de antiquo potu*, a Cl. *Graevio* edit. *Tom XII Thes.*, & *G. Chr. Gebaueri* libellum de *Calda & Caldi potu*. Eoque relata malo, quae *Horat Od. III. XIX.* cecinit, quam ad balnea cum Interpretibus, & *J. P. Tomasino de Tess. hosp. C. XIII.* De melle quoque res constat.

Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida: & durum Bacchi domitura saporem.

Virg. canit *Georg. IV.* 101. Quæ *dulcia mella* vocat, Horatio *Hymettia* sunt, & *Bacchi saporem*, *Falernum*, vid. *Sat. II. L. II. vs.* 15. & *IV. vs.* 24. Quale vinum Chio quoque, hoc est Graecorum optimo, diluere solebant; ibid. *I. IX. vs.* 24 & unde Hekerani poculi MITE MERVM. magnam lucem foeneratur.

Sed quid vinum diutius moramur? cum probabile sit, milites ex eo acetum quoque potasse; illud saltem vini loco apud veteres habebatur, & in castris Imperatoris jussu, veluti Pescennii Nigri (vid. *Spart. in V. p.* 668) non rarum erat, aut Hannibalis, cum Alpes superaret. Male haec intellexisse videtur *Petr. Nieuwlandus*, Verbi Divini Minister Haganus, cum in *Tom. III. Lect. Mem. p.* 20. de potu explicanda conjiciat, nam ex iis, quos allegavit, acrius veterum acetum fuisse discere potuisset, quibus addant, qui hujus sententiae adhae-

re-

rere tutius judicant, *Plin. in Hist. Nat.* XXXIII. *c. IV.* & ubi praevalidum, durum, ferum, acre, *Keuchenius* & *Burm.* appellatum fuisse demonstrant ad *Seren. Samon. de Medic.* 40. Cujus vero generis tale fuerit, affirmare, saltim e *Plinii L. XIV. c. XVI.* probare, non licet; Acetum denique, veluti de aqua tepida *Nic. Heins. ad Prop. Adv. p.* 713. docuit, ad vulnera mulcenda secum vexerunt. vid. de serrato anseris morsu *Petron. c.* 136. & alia remedia in cit. *Sam.* loco & 19 *&* 71. Plura in *Graevii Praef. Tom XII. Thes. Antiq.* praemissa. De scillitico Aceto, quod medicaminis genus Pythagorei frequenter adhibuerunt, videri possunt, quos allegat *Jac. Bruckerus* in *Hist. Crit. Philosophiae* T. I. p. 1097. ed. opt.

Miscere porro potum temporis tractu frequentem adeo in calidioribus regionibus usum cepit, ut, si quis vinum misceri jussisset, idem & imperasse haberetur.

Attica nectareum turbatis mella Falernum:
Misceri decet hoc a Ganymede merum,

est apud *Martialem XIII. CVIII.* ubi *merum* h. l. adjective pro *purum* usurpatum intelligo. Dissentit *Sam. Pitisc.* in *V. misce.*

Utroque vero modo & pro *confundere*, sive *infundere*; & pro *potum porrigere* h. l. inscriptio explicari potest.

Nam cum veteribus plerumque mors tanquam iter considerata fuerit, ut e verbis *abire*, *obire*, *abitio*, (vid. *Fest.*) *perire*, *evadere*, *decedere*,

recedere, *migrare*, *demigrare*, *emigrare*, *exire e vita*, *absens* (vid. *Gron. Lect. Plaut.* pag. 290.) multisque aliis, constat, ut e *domo*, *hospitio*, *sede*, quae omnia sepulcrum denotant in literatis monumentis (vid. *J. Nispeni Diss. de Sepulcr. Viol. p.* 31. sq. apud *Oelrichs Tom. III. Vol. II.*) Cum itaque mors, inquam, ut iter considerata fuerit, non mirum videri poterit, propinquos peregre abituro, & illuc quidem, unde negant redire quemquam, potum dedisse; veluti omnis quoque omnino generis potum, vel etiam cerevisiam, dederunt. vid. laud. *Canneg. in de eerste Br. o. byz, Nederl. Oudh. bl.* 48. *& seq.* & de Pallantis inferiis apud *Virg. XI* 80

Aut si quis erit, qui defuncto talis modi calicem, cum adhuc superstes esset, carum fuisse, existimet, non improbo, cum utriusque rei exempla in *l. cit.* allegentur, veteribusque omnis generis res suis Deis dedicare mos fuerit, sicuti de emeritis navibus Diis marinis sacratis *Broekh. ad Prop. II. XIX.* 43 jam arguit; de singulis humani corporis particulis singulos suos Deos habentibus, ne vel inguinibus exceptis, nam ea Veneri dedicata fuerunt, vid. potest *Hadr. Junius Animadv. l. IV. c. XII. Tom. IV:* a *Grutero* in *Lamp.* edito; imo vel stercus Deum sibi tutelarem nactum fuisse novimus; neque hoc mirum videri poterit iis, qui ab *Herm. Cannegietero ad Coll. LL. Mosaic. pag.* 164. *sq.* nihil tam infandum esse, quod de Numinibus suis non praedicarint Gentiles, erudite probatum legerunt.

Pro

Pro *infundere* vero militat Juliae Feliculae epitaphium, quod exſtat in *P. Burm. Anth. II. p.* 145.

Hoſpes ad hunc tumulum ne mejas oſſa precantur
Tecta hominis, ſi gratus homo es, miſce, bibe, da mi.

Lapidem explico h. m. „ Oſſa ſepulta hominis precantur, ne tumulum hunc urina contamines; ſed" ſi gratus homo es, miſce & mihi, i. e. mihi lapidi, qui tumulum tego, da. *Dare* enim & *addere* verba ſunt in ſacrificiis propria. vid. *Broukh. ad Tib. I. IX.* 47 qui tamen Timetae verba in *Nemes. Ecl. I.* 64. addere potuiſſet,

Diverſa vero, prout hominum conditio ferebat, Manibus dona ferebantur, diverſa in urbe, diverſa ruri.

Ruſtici etenim, ut in *Nemes. Ecl. cit.*, agreſtia munera dedicabant.

tibi frondis odorae
Munera dat, lauros carpens rurales, Apollo:
Dant Fauni, quod quisque valet, de vite racemos,
De campo culmos, omnique ex arbore fruges.
Dat grandaeva Pales ſpumantia cymbia lacte,
Mella ferunt Nymphae, pictas dat Flora coronas,
Manibus hic ſupremus honos, dant carmina Muſae.
Carmina dant Muſae;

In urbe vulgariter, ſi *Naſoni* fidem habes (*Faſt.* II. 537)

Tegula projectis satis est velata coronis;
Et sparsae fruges, parcaque mica salis:
Inque mero mollita Ceres, violaeque solutae.
Haec habeat mediâ testa relicta viâ.

pro *relicta* Ms. C. habet *reperta.* Heinſ. legit *relecta.* Ego malo *repleta*, ut *Met. IX.* 87. Najades cornu

——— ——— *pomis & odoro flore repletum*
Sacrârunt. ——

Addi poteſt vulgata lectio *l. IV. Faſt. vs.* 431. at omnino debent, quae de plena lance a *Barn. Briſſ. I.* 23, *de Form.* notata ſunt. Sive per Cererem panis, ſeu far intelligendum ſit, mihi perinde eſt; Interpretes diſputant, qui de Farre dictum volunt, & illi hoc ſimul aduſtum judicent, ſeu toſtum (vid. Briſſ. *l. c.* 28.) At cum Ceres pro quovis libo, qui ad vitam ſuſtentandam omnino requiritur, occurrat, cur non de faba haec pariter accipere liceret; ea etenim, quod jam *Donatus* (ad *Lampr. in Heliog. ap. Grut. F. C. II. pag.* 942) probatum ivit, in hujusmodi ſacrificiis quoque requirebatur, *hominesque primum hoc legumine uſi ſunt*, ut e derivatione Graecorum φαγεῖν *Iſidorus* illuſtratum dedit, ſed tu vide *Voſſ. in Etym. Merum* h. l. pro vino puriſſimo, nullo modo adulterato ponitur. Ergo non Graecum intelligitur; nam hoc aquam habebat. vid. *Plin. H. N. XIV. XIX* Per *violas* intelligendae ſunt omnis generis violae, ut apud *Auctorem Culicis vs.* 99. Illae vero non tantum vino ſolvebantur, ſed et circa tumulos plan-

plantatae erant. vid. *Pier. Valer. Hierog.* 55. & singulis etiam annis praeter alios flores aut corollas in eo spargebantur, ut praeter *Kirchman.* quos allegavit *Gysb.. Cuperus in Apoth. Hom.* 3. *Broukh ad Tib. II. VII.* 14. *R. M. Goens.* in *Diatr. de Cepotaph. I. V.* 6. 7. aliique fuse probarunt; quibus addatur lapis sepulcralis apud *Spon.* in *Misc. Erud. Antiq.* pag. 62. De fictilium tandem poculorum in rebus sacris usu vel antiquissimo Romanorum tempore, vel etiam corruptis jam Reipublicae moribus, sufficient quae apud *Tib.* I. I. 37. leguntur & apud Clar. *Heyneum* ad h. l.



A. KLUIT

ANTIQ. ET HISTORIAE IN PRIMIS DIPLOMATICAE BELGII FOEDER. PROFESS. ORDIN. IN ACAD. LEIDENSI,

Brevis conspectus novi Systematis de prisco Iure Venandi per Hollandiam stricte dictam, ad verba V. Ill. H. Grotii *Holl. Rechtsgel.*

P. II. C. IV. N. 26.

't Kleyne Wildt mogen vangen [overal] *alle Edelluyden ende voornaemste Amptluyden* —— *Andere luyden mogen nog Hasen nog Conynen vangen, self niet* op haar lant —— *alsoo de landen dat ongeryf van ouds onderworpen zyn geweest.*

Duo hic inter alia tamquam indubitati iuris in Hollandia statuit summus Grotius, I°. *privatis non licere venari, ne in suis quidem ipsorum agris.* 2° *Hos privatorum agros* his incommodis ex priscis moribus, sive ab *prima inde aetate fuisse* obnoxios. Quae vero sit origo istius antiqui *moris* vel *juris* non tradit. Observo autem hic obiter, illud haud insolitum esse, ut moribus vel antiquitati adscribantur, quorum vera caussa vel origo ignoretur, vel nondum explo-

plorata sit. Posita autem & admissa veritate primi asserti, quod nempe privatis in Hollandia non integrum sit ne in suis quidem agris feras captare, videamus, an originem huius vel moris vel iuris indagare aliquomodo possimus.

Quod ut ordine fiat, dicam A. de iure venandi stricte sic dicto, B. pauca adiungam de iure aucupandi, & C. de iure piscandi in Hollandia.

Quod ad *ius venandi* stricte dictum; in eo *tria* iterum distinguenda veniunt,

a. Simplex venationis ius, sive facultas feras persequendi per agros (vulgo 't *Jachtrecht* dictum), & eius origo.

b. Jus Leges ferendi de venatione, eiusque exercitio, atque erigendi tribunalia, sive ut vocari solet, *Jurisdictio venatica* ('t Jachtgericht).

c *Jus Forestale* sive *'t Woudrecht.*

a) Quod ad ipsum ius Venandi, sive facultatem feras persequendi & capiendi per agros, quo hic maxime specto, quantopere inter Doctos controvertatur, utrum hoc venandi ius in Europa sit *Regale*, an vero *Domaniale*, non opus est ut dicam. Addo in *Europa*, atque adeo specto ad *ius constitutum Europaeum*; non enim hic quaeri oportet, quid post discreta Dominia inter homines, inter gentes, de hoc statui debuerit; sed quid revera sit statutum, & obtinuerit, postquam, collapso Imperio Romano in Europa, praesertim in Francia & Germania, instituta sunt regna, imperia, principatus, ac dynastiae penitus novae; ver-

verbo dicam, poſtquam Francorum mores in Europa praevaluerunt & nomina *Regalium*, *Dominii*, *Domaniive*, invaluerunt.

De ingenti hac de re inter Doctos, quatenus his ex fontibus ſapiunt, diſſidio videri pluribus poteſt vir cl. PFEFFINGERUS ad VITRIARII *Inſtitut. Juris publici German.* T. III. p. 1360 — 1387. & HEINECC. *Elem. Jur. Germ.* p. 245. Ne nunc alios addam.

Inter eos, qui *ius Domaniale* defendunt, eminent DAN. G. STRUBE *Vindic. Juris venandi Nobilitatis German.* Hildesh. a. 1739.

METTING *de Statu militiae German.* p. 84. 140. 234. 362. ſqq.

BOUQUET *le Droit Public de France* p. 279 — 281.

DE SELCHOW *Elem. Jur. publ. Germ.* §. 469.

Add. *A A. van der Marck* Diſſ. *de pauperie animalibus facta*, §. XLIV. ſqq.

Contra vero *ius Regale* eſſe contendunt paſſim illi ſcriptores, qui de *Regalibus Principum* Commentarios ſcripſerunt; quibus addantur STRUV. *Jurisprud. Heroic.* ſive *de iure privato princc.* T. VII. p. 21. ſqq. JO. VAN HEEL *Diſſ. Juris Belg.* Leid., *de Venatione* p. 78. 82. ed. 8. & IDSINGA *Staatsrecht der Vereen. Nederl.* T. I. p. 211.

Idem illud de iure venandi argumentum haud ita pridem ex *iure Dominii* tractavit Vir. Nob. JO. RENDORP, *Verhand. over het recht der Jacht*, cui in multis ſeſe oppoſuit, & ex iure *Regali* argumenta deduxit Vir Nob. DIERQUENS *Brief aan den Hr. J. Rendorp* 1778, &

na-

nadere aanmerkingen over 't recht der Jacht 1779. Multa etiam habet V. D. Racer *over het Recht der Jacht van de kleine Steden in Overyssel.* Cuius tamen posterioris, uti & aliorum, Conclusiones, ex veteri jure conceptae (ut hoc obiter addam) fortasse nimis laxe applicantur ad *ius* & *statum hodiernum*, in primis ad *ius venandi in fundo alieno.* In qua prava DD. applicatione fortasse primarius controversiae cardo vertitur.

Omnes enim fluctus hic excitati, adhibitis nonnullis *Distinctionibus*, & observato *temporum*, *rerum*, *personarum* ac *dominiorum* progressu, facile sedari & componi mihi posse videntur, in primis si *Regalia*, quae vocantur, *minora*, ut vulgo fit, pro ipso *iure dominii* sive *Domaniali* principum territorialium accipiamus; ac probe perspectum habeamus, quaenam fuerint *primaeva* iura Principum in iis territoriis, quae in pristino *Systemate Domaniali* fundata. originem suam trahunt ex Francorum & Germanorum Institutis, & unde deinceps *Superioritas territorialis* nata est.

Si enim ad verum *Dominium Territoriale*, sive ad id, quod in his territoriis, voce varie accepta, *Domeinen* vocantur, respicias; facile omnia miro concentu concordare, deprehenderis, atque ita apparebit, Comites Hollandiae, instar reliquorum Principum, ius venandi habuisse *non nisi in suo Dominio*, sive *Domanio;* quamquam *consectaria*, quae inde manabunt, habito respectu veri & originarii Dominii longe diversa futura ab *solitis*, ab iisque, quae nostra imprimis aetate inde de-

du-

duci magna cum fiducia assolent.

Videamus igitur primo de indole *Dominii territorialis*, quod Comitum erat Hollandiae, & de iis juribus, quae huic dominio annexa erant ratione venationis.

Ubi vero de *Dominio territorii*, sive *territoriali* loquor, non alio id sensu acceptum velim, quam quo Germani id olim & hodienum accipiunt, quodque Comites Holl. pro se suaque familia adepti sunt, aeque ac reliqui Ordines ac Principes Regni Germanici; quod & ab aliis tamquam synonymum habetur vocis *Superioritatis Territorialis* (PFEFF. ad VITR. T. III. p. 1093) Missa autem omni subtilitate, hic simpliciter respiciendum est ad naturam *Superioritatis Territorialis* & *Dominii*, quod huic cohaerere censeatur. Variae sunt DD. definitiones, quas omnes exhibere longum est. Nullus est Juris publ. German. scriptor, qui suam non exhibeat. Plurimas recenset PFEFFING l. l. p. 1119. sq. Ipse ex sua Definitione p. 1121 describit tamquam *potestatem Statibus Imperii in suis Territoriis competentem ubique, nisi quatenus vel Lege vel Conventione prohibeantur.* Omnes autem Doctt in eo conveniunt, ut sit *potestas Majestati, id est summi ac pleni imperii partibus analoga, quae nemini nisi imperatori sive Imperio Germanico immediate sit subiecta, eaque fundata in ipsa alicujus territorii possessione*; vel, uti Cl. ESTOR de *Ministerial.* p. 586. describere placet, *est Analoga quaedam Majestas, ratione territorii & eorum, qui de territorio sunt, summa, sed maiori tamen Reipublicae subiecta.* Accurate autem loqui

qui si velimus, dici possit *Dominium Territ.* & *Superioritatem territ.* distingui in eo, quod *Dominium* tantum spectet *ad ipsum territorium* & *res corporales*, hoc territorio contentas, cui *Imperium*, sive ius regendi homines, aliunde accesserit vel accedere potuerit; *Superioritas* vero supponat *territorium*, & spectet etiam ad *personas*, sive legitimam potestatem principis, regendi istius sui dominii, s. territorii, incolas, id est ad *iura regendi* homines istius territorii. Ex hac distinctione *Imperii* & *Dominii* ratio etiam apparet, cur Scriptt. Juris publ. Germ. sub titulo *Super. Territ.* separatim agant *de Imperio* in *personas* (*ibid.* T. III. p. 1144 — 1345) & *de Dominio* (p. 1346 — 1520) de priori hanc tradentes Regulam, *quod omnium iurium, quae in territorio suo habent Status Imperii, principium est ius seu potestas in caput subditi*, cui omnis *innitatur Legislatoria potestas*; De posteriore vero, p. 1346, quod sit *ius territoriale, quo Princeps de istis rebus, quae existunt in ipsius Territorio pro lubitu (iuste) potest disponere, nisi quatenus vel lege vel conventione prohibetur. Superioritas* igitur *Territorialis* non est ipsa quidem *territorii proprietas*, seu *Dominium*, sed supponit eam proprietatem *territorii*, sive Dominium, quia sine territorio, in quo illud ius exercetur, haec superioritas nulla est. Atque hinc profluit, quod (salvis *privatorum bonis*, si qua prima aetate illic aderant, quaeve deinceps advenerunt, quae tueri penes Principem seu terrae Dominum erat) omnia bona, fundi, dominia & iura, in agris, in aquis, in cultis, & incultis, quae pri-

privatorum non erant, iure Superior. territ. censerentur, & conseantur adhuc in Germ. esse non *penes Rempublicam*, vel integrum istius terrae tractus populum (uti hodie in Republica nostra Libera & in omni Imperio mere civili obtinet), sed penes eum, cuius est Territorii Dominium simul & Imperium, ita ut praesumtio *iuris* semper sit, quantum ad originem, pro Principe vel fisco, sive aerario Principis, ut loquar cum HERTIO Opp. T. II. P. 2. p. 119. *Est saneinquit, in Imperio Germ. vulgatissima Regula: ut qui ius in territorium, velut totum quid habet, ius in partes, hoc est in homines* & res omnes, *quae intra territorii limites sunt, habere censeatur, nec alium ab onere probandi iactatam eius possessionem immunem faciat.* Quocum consentiebat vetus Hollandiae sub Principibus ratio, eoque iure adhuc seculo XIV. usos esse, & ex eo vixisse Hollandos, evicit locus singularis apud MIERIS *Charterb.* T. II. p. 63 (a. 1307.) ubi inter alia, in disquisitione de *Domaniis: Al die dunen die legghen tusschen Maze ende Sipe, ende al die Wildernisse, die dair an legbet, vinden wi den Grave, en si dat yemand mitten rechte besitte*; i. e. nisi quis suum esse in iure probaret.

Sed utcumque hoc est; *Dominium* illud *Territoriale*, sic ab *Imperio* separatum, est illud, quo respici debet in disquisitione de *iure primaevo venandi* in talibus Principatibus, qui ex Regno German. orti, vel per populum Germanicum vel per Imperatores solos, vel coniunctim deinde cum Imperii Principibus dati sunt vel *iure allodiali* vel *feudali*, & collati in Dynastas Ordinis superioris, sive primores Impe-

perii, quibus deinde nomen ac titulus *Ducum*, *Comitum*; vel *Principum* adhaesit, vel separatim concessus est. Repetendae autem quammaxime sunt hae donationes territoriorum ac Dominiorum, sive *Domeinen*, his contentorum, ex prisca munificentia Regum & Imperatorum; qui, quamdiu ex suis quae habebant Domaniis dare poterant, haec variis ex caussis dabant & largiebantur; non aliter atque hodie in extensissimo Imperio Russico Imperatrix suos de se bene meritos proceres munifica manu saepe compensat. Hoc est quod olim *regio more dare* dici solebat. Testatur hoc Charta Henrici IV. Imp. qui Abbatiam Eltinensem cum omni Dominio Archiepiscopo Hamburgensi largiens a. 1083. (LINDENBROG. *Rer. Septemtr.* p. 144. BONDAM *Chart. Gelr.* I. p. 147.) post enumerata *praedia*, *comitatus*, *&* *donaria: dedimus*, inquit, EO MORE *quo Reges & Imperatores solent*, *cum omnibus appendiciis*, *ministerialibus*, *mancipiis utriusque sexus*, *nundinis*, — *areis*, *aedificiis*, *terris cultis & incultis*, *pratis*, *pascuis*, *viis & inviis*, — *forestis*, *venationibus*, *aquis*, *aquarum decursibus*, *molis*, *molendinis*, *piscationibus*, *quaesitis & inquirendis*, *ecclesiis*, *capellis*, *decimis*, *& cum omni iure*, *quod ad haec tempora habuit.* — Erant enim haec omnia *Regum domania* seu bona domanialia, quae dare iusto titulo, & soli, dare poterant.

Talia erant *Domania* seu Bona Regum Domanialia, quae Comites Hollandiae primitus acceperunt, etiam antequam titulus *Comitatus Hollandiae* his accessit, vel *ipsa superioritas Territorialis omnimoda* Comitibus obtigit. Atque ista ratione

facile carere possumus disputationibus DD.; qui vel ex commixtione iuris *alieni*, in primis *Romani*, vel ex male huc applicatis iuris vel *naturalis* vel *publici universalis* principiis, distinguunt inter bona *domanialia* — *patrimonialia*, — *publica*, — *bona nullius*, etc., quam maxime vero eorum DD., qui in hoc systemate Juris Europaei immiscent quaestionem de bonis sive *Domaniis*; sintne ea *in patrimonio Populi*, an *Principis?* Quamquam enim facile largior, ex principiis juris publ. universl. posse vocari *populi domania*, quatenus nempe ea revera & ipso facto ab *Populo* Principi assignata esse censentur, vel revera assignata sunt: fallit tamen haec regula quammaxime in Jure Europaeo constituto, ab quo tempore Systema *Domaniale* & *Feudale* viguit, ex quo *Domania* Principibus obvenerunt non ex populi istius territorii, quod domanii iure tenetur, assignatione, sed ex Regum & Principum constitutionibus ac largitionibus eorum bonorum, quae ipsi soli dare poterant. Atque adeo recte etiam de Hollandiae Principibus observavit Ill. Baro DE MEERMAN *Geschied. van Koning Willem II. Graaf van Holl.* T. I. p. 48. *Dat de geest van het geheele Financieele stelsel dezer tyden is, dat de Graven meer als* GRONDHEEREN *dan als hoogste gebieders hunne schatkist vulden.* Novi equidem, multos inniti atque abduci sese passos esse verbis H. GROT. *J. B. & Pac.* L. II. c. VI. §. XI. 5. cui *Domanium* describi videtur tamquam *patrimonium populi, cuius fructus destinati sunt ad sustentanda Reipubl. aut regiae dignitatis* one-

onera. Verum si haec applicaveris ad Europam, facile apparebit, non recte dici, haec in *patrimonio populi* unquam fuisse, certe non *istius populi particulae*, cuius territorium ab Imperio vel Imperatore alicui Dynastae vel Principi jure proprio vel alodiali datum esset. Sunt quidem Viri DD., qui, huic Doctrinae Grotianae mordicus adhaerentes, ad incitas iccirco redacti, distinguunt inter *Domania proprie* & *improprie* sic dicta; per domania *proprie* dicta intelligentes ea, quae sunt in *patrimonio populi*; per *improprie* dicta illa quae sunt *Principis*; sed sic omnis de *voce* est disputatio & quaestio in meram logomachiam recidit; eodem modo quo de bonis *cameralibus* & *mensalibus* in German. nonnunquam disputatur. Admissa tamen & hac qualicumque distinctione, quae nihil iuris effectus afficit; facile explicari possunt tot argumenta quae in utramque partem *de iure alienandi* &c. proferuntur ad VITRIAR Jur. Publ. T. III. p. 1347 sqq & 1353 — 1358. Verum ut omnis disputandi ansa praecidatur, cum V. Nob. H. DE COCCEJI *Jur.* Publ. *Germ.* consideremus ea quae sunt *Dominii* sive *Domania*, tamquam bona quae sunt *in patrimonio vel populi vel principis*, prout iura sinunt. *Domania* igitur sunt omnia illa bona & iura his annexa, quae non sunt singulorum, vel quae privati sibi vindicare his in territoriis nequeunt, sive haec *bona publica*, vel res *nullius* sive aliis nominibus appelles; quae eo duntaxat casu in *populi* esse *patrimonio* dicuntur, quando ex imperio civium oblato, vel, uti in Rebuspublicis, ex ipso

S 2 po-

populo conſtitutis, Principi aſſignantur vel aſſignata cenſentur. In *Principis* vero ſunt *patrimonio*, quando vel *titulo feudali* vel *domaniali* (uti hactenus in Europa) aliunde, ab majori Republica, ius populi habente, vel ab Imperatore, huic obtingunt. Unde recte de his VITRIAR. l. l. §. 2. p. 1347. *Proprietas horum Bonorum pertinet ad Principem, quatenus iure de ea investitus est, vel quatenus bona Familiae avita & gentilicia poſſidet.*

Huius indolis autem quum fuerint *Bona territorialia* Comitum Hollandiae, quae ab Imperio R. G. adepti ſunt, addenda quaedam ſunt de horum *diſtinctione*. Ut res ipſa melius intelligatur, *triplex* in principibus Belgicis, in primis *Hollandicis*, *Domanium* ſive *Dominium* diſtinguendum eſſe videtur.

I°. *Domanium* ſenſu *latiſſimo* accipitur pro *poſſeſſione* ipſius Territorii ſeu fundi Hollandici, ab Imp. dati, in quo quidem primitus ſua habebant iura, & bona, qui aderant homines liberi; ſed in quos Comes Imperium exercebat; unde *Superioritas territorialis* dicta; & unde ipſa Hollandia vocabatur *'sGraven patrimonieel erfgoed, zyne patrimoniele erflanden*, Alia voce dictum *Dominium territoriale*, & unde Comites dicti *Lands- & Grond- heeren.*

II°. *Domanium*, ſenſu *ſtrictiore*, complectitur ea omnia, quae *privati* hocce in territorio (quotquot aderant; aderant autem pauci ex indole iſtius aevi, quo omnia fere *propriis* impleta erant *hominibus*, *liberorum* vero *hominum*, qui privatas habebant poſſeſſiones, parum erat.) ſibi vindicare iure proprio vel pleno non

po-

poterant; quae sensu Germanico aliis saepe vocantur *bona Cameralia*, (*kamergoederen*,) uti in terris Ecclesiasticis (*tafelgoederen*,) bona *mensalia* vel *bona mensae Episcopalis*. Haec ad distinctionem bonorum privatorum vocabantur, (& etiam nunc, quae perpauca supersunt, vocantur) *'s Graven Domeinen*, *'s Gravelyksheids Domeinen*, quatenus *de graaflykheid* dicebatur pro ipso *Principis Comitatu* vel *Jure Comitatus*. De quo statim. Haec autem Domania iterum diviseris in *bona* & *iura*. Ad *bona* referas 1°. omnia ea, quae, sensu Juris Romani, erant *res juris publici*, uti haec distinxi in *primis* meis *Lineis Diplomat. Historico-Politicis* §. 774. Sensu vero Juris Europaei, in primis Germanici, istius sunt Principis, cujus est *Superioritas* vel *Dominium* territoriale, uti sunt *loca publica*, *inculta*, *sylvae*, *flumina*, *insulae*, *litora*, *ripae*; unde alibi dicitur Comes: *te zyn grondbeer van de Maze en den bodem van dien.*

Exstat in *de Sententien van den Hoogen en Provincialen Rade* 4to p. 17. locus singularis, ubi per Sententiam Curiae Holland. a 1503 *wordt verklaert de oude Maze en den bodem en grond van dien mynen Genad. Heere toe te behooren als zyne Gen.* DOMEINEN, *in zulken groote en quantité als de Maze haar loop hadde en occupeerde ten tyde van den deurstekinge en loopende van derzelver Maze —— Voort met Visscherye, Vogelrye, Heerlykheden, met de verdrooginge ryswaarden, sanden, slyken, Rietbosschen, die op den Bodem van derzelver ouder Maze opgekomen zyn, — en die noch opkomen zoude*

 ma-

mogen — Neque ex alio fonte repetendum videtur quod Adolphus R. Rom. ad requisitionem Reinaldi Comitis Gelr. a. 1293. fanciebat, insulas in Rheno vel alibi emergentes *spectare ad Imperium & ad ipsum* Comitem. Mieris T. I. p. 550. Idem quoque de *fundis* & *agris*. Nam quemadmodum alibi dicitur (Struv. *jur. priv. princ.* T. VII. p. 23 (i): *alia sunt principia Romanorum, alia Germanorum. Ex principiis Romanorum dominus fundi non superficiei solum, sed eius quoque quod ad ultimum usque centrum sub terra est¹, gaudet Dominio. Germani vero domino fundi rerum — quae sunt sub terra, dominium non tribuunt, sed illud Reipublicae adsignant*: ita mirifice cum his consonat ius Belgarum istius aevi, de quo hic sermo: unde a. 1456. in quadam adversus Reinaldum de Brederode Sententia (Rendorp, *over de Jacht* p. 178.) statuitur: *dat ons als Prince ende* Heer, *van onser Hoecheyt ende overste Heerlikheyt wegen* —— *toebehoren alle wildernissen, bosschen, duynen, waranden, mit wilt*, groot ende cleyn, *als herten, hinden, zwynen, conynen ende anders* —— *den turf vuyten veenen onser wildernissen te doen delven, ende den wintval* —— *in de voirsz. Bosschagen overal* (sic in MS) *in onsen Landen van Hollant ende sonderlinge in onse Houte* —— *van Haerlemmerhout* —— *ende dat nyemant anders wye hy sy sonder rechtvaerdigen tittel daer toe te hebben &c.* Ratio autem decidendi (p. 182) additur: *want den grondt onze is.* idque spectabat etiam ad Dynastias, quas Comes aliis feudi titulo concesserat.

2° *Res*

2°. *Res nullius*, vel ea quae privati sibi vindicare nequibant ex *Prim. Lin.* §. 794 sqq. uti *bona naufraga*, *ferae bestiae*, *thesauri latentes*, *agri deserti*, *alluviones*, *decimae*, etc. quae omnia *Fisco* sive *Aerario* Principis seu *Domini territorialis* cedebant; non vero *populo* vel communi *aerario*.

3°. Omnia quae deinceps dici coeperunt *Bona Feudalia*; omnes igitur *Dynastiae & Ambattiae*, (*hooge en lage heerlykheden*,) quorum *utile* quidem *Dominium* Comites dare coeperunt Vasallis suis, *directum* vero *Dominium* sibi reservarunt. Quod adeo in Hollandia verum, ut ipse P. Bort *over het Hollandsch Leenrecht*, Opp. p. 352. b. scribere non dubitaverit, *dat de Graaf van Holland* was *Dominus immediatus van alle Leenen, tot des Graeffelyckheyts van Hollants Regifter en Leenkamer behoorende.*

4°. Quidquid in Oppidis abs se conditis, & libertate personali & bonorum donatis, vel in agris colendis, vel in terris exaggerandis, vel aliter, sibi reservarunt Comites.

Ad *iura* vero & *reditus*, ex his bonis perceptos, referas in primis vectigalia tamquam territorii onera, aliaque omnia commoda, quae non modo vi dominii percipiuntur, sed etiam, uti videri possit, *fiscalia*, quae *vi imperii* seu *Jurisdictionis territorialis* etiam ex bonis subditorum percipiuntur.

Atque haec de *Domanio* sensu strictiori accepto, quale illud erat ante tot *alienationes & largitiones* in incolas collatas.

III. *Domanium* sensu *strictissimo* dictum com-

plectebatur cuncta ea, quae praeter No. 2, exhibita & in alios collata Princeps, terrae dominus, sibi plenissimo iure retinuerat, vel reservarat, vel utendum fruendum variis conditionibus dederat sive locatione, sive emphyteusi, sive simplici administratione, ad distinctionem eorum, in quae aliqua juris privatis obtigerat *communio*, uti in Feudis. Quae alio nomine nonnullis dicuntur *'s Graven propre domeinen*, fortasse vero rectius *voorbehouden Domeinen*. Quo pertinebant omnia ea, quae probari non poterant ab Principe in alios esse translata, vel collata, seu iure *proprio* seu *feudali*; uti erant multae *sylvae*, *agri cespitosi*, *colles arenarii*, *domus*, *pascua communia*, *privata praedia*, *mobilia*, *&c.*

Novi equidem & hic dari doctos, qui distinguant inter *Comitis* & *Comitatus Domania*. Sed haec iure Europaeo est inepta distinctio. Vox *Domeinen* etiam in Hollandia de minoribus Dynastiis adhibetur, uti in *Wassenaar*. Quam absurdum autem foret, si quis distinguere velit inter *Wassenaars Domeinen* en *des Heeren van Wassenaars Domeinen*. *Wassenaars Domeinen* sunt ea omnia bona & jura ipsius Dynastae, quae privati incolae istius fundi sive dynastiae sua esse probare nequeant. Eodem modo *'s Graaflykheids Domeinen* eadem sunt quae *'s Graven domeinen*, of *goederen* van den *Graaf*, *goederen zyner Heerlykheid of Graaflykheid*. Vox enim *Graaflykheid*, ratione *domanii*, nihil aliud notat quam ipsum *Ius Comitis* ac *dominium* eorum, quae jacent in isto territorio, cui nomen *Comitatus* (*Graaflykheid*) adhaeret. Haec ratio est,

est, cuf voces *Graafschap*, *Graaflykheid*, *de Graaf*, *Wy & ons* passim promiscue adhibeantur. MIERIS *Charterb. der Grav. van Holl.* T. II. p. 712. 727. a. T. III. p. 185. b. f. T. IV. 550. a. 563. n. 2. a. Hinc penitus olim synonyma; *aan de Graaflykheid vervallen*, & *aan den Graaf vervallen*, MIER. III. 112. n. 3. a. f. 131. a. l. 12. Hinc: *wy bevelen van der Graaflykheids wegen* idem est ac *bevelen van 's Graven wegen*, of *myns genadigen Heeren wegen*, of *van onser wegen*. MIER. T. II. 803. n. 3. T. III. p. 50. a. & passim Sic: *het leengoed houden van de Graaflykheid* & *van den Graaf* vel *van mynen Heere* MIER. T. III. p. 355. a & coniunctim T. III. p. 131. a. l. 12 sqq Inde etiam in Tribunali synonyma erant *Recht doen in den name en van wegens de Graaflykheid*, *van wegens den Graaf*; *van wegens myns genadigen Heere*. Immo ipsa Principis persona vocatur *de Graaflykheid*, MIER. I. p. 228. *Of 't geviel dat die Graeflykheid ten Keysers bove varet*, pro quo Latine p. 222. b. dicebatnr *si me aut verum* DOMINUM *Hollandiae ad Curiam Imperatoris accedere contigerit*. Quae tamen non impediebant, quo minus vox *Graaflykheid* (juxta ac *Graaf & Heer*) pro vario respectu varie acciperetur. Nam 1°. uti supra ponebatur pro *ipso principe*. 2° pro ipsius iurisdictione ac summo Imperio. 3. pro eius territorio 4. pro eius fisco sive aerario 5. Denique stricte pro Comitis *Dominiis*.

Mirum videri possit, hanc observationem fugisse summum H. GROTIUM (ne alios nominem). Occurrunt tamen penes eum in de

Hollandsche Rechtsgel. plurimae formulae, quae id docere potuissent, uti sunt *vervallen aan de Graaflykheid* p. 41. 81. *Landen by de Graaflykheid uitgegeven* p. 85. *De Graaflykheid toekomen* p. 64, 84. *'s Graaflykheids recht*, ib. *last hebben van Graaflykheids wegen* p. 66. *'s Graaflykheids eigen goed* p. 67. quae sane creberrime & iisdem saepe paginis tamquam synonyma permutantur cum ipsa voce *Graaf*, uti *vervallen aan den Graaf*, *by den Graaf uitgegeven*, *'t recht van den Graaf bewaren*, *den Graven toekomen*, *uit 's Graven boezem komen*, *van den Graaf verwerven* &c. p. 42, 64, 82, 85, 98, 202. ed. 1667. Error Grotio natus est ex eo, quod distinctionem Juris Romani inter *Aerarium* quod *populi*, & *fisci* quod principis esse censebatur, perperam applicaverit ad ius Europaeum & *Belgarum* pristinum, qui hanc distinctionem ignorant, & non nisi *Principis* aerarium agnoscebant. Ne nunc dicam de altero eius errore, quod *dominia* semper sunt in patrimonio populi *istius* territorii; unde idem alibi *aan het gemeene land* iura quaedam adscripsit, quae quidem proprie erant *iura territorio annexa*; Sed hoc *territorium* erat Principis, vi Super. Territor.

His igitur praemissis, si rem venationis ad vera principia *primaevi iuris* (sine ulla *juris peregrini* admixtione vel *temporum* confusione) reducamus, summa rei in Hollandia huc redibit.

Jus venandi in Hollandia stricte sic dicta (De Accessoriis Territoriis, uti sunt *Heusden*, *Arkel*, hic non loquor) fuit, origine sua, non *Regale*, eo nempe sensu, quo pro *iure* princi-

cipis tamquam S. Imperantis accipitur; sed fuit *Domaniale*! Clarius loquar. Comites Holland. non ex *Jurisdictione*, id est, non qua Comites, vi Superioritatis Territ., sed *iure Dominii*, i. e. qua Terrae Domini, seu maiores Imperii R. G. Dynastae, als *Lands - of Grondheeren*, in suis quas primitus habebant Dynastiis, sive *Grondheerlykheden*, quales prima erant aetate *Rynland*, *Delfland*, *Schieland*, *Kennemerland*, *Westfriesland*, *Maasland*, *Zuid-Holland*, &c (i. e. antequam sub uno *Comitatus* nomine ac titulo venerunt omnes), habuerunt *ius* venandi, & habuere id soli, vi *Dominii sui* ipsis titulo *iuris hereditarii familiae suae* inhaerentis (quemadmodum illud *Dominium* alibi descriptum reperio). Manavit hoc illis ius ex primaeva & libera possessione istius fundi sive territorii, quod ab Imperio Germ. ipsis non modo cum omni jurisdictione, sed etiam cum omni iure proprio s. titulo Alodii, obtigit, ita ut his bonis ex regia munificentia *plene*, *libere*, & *quiete* in omnibus fruerentur, & *alienare* etiam possent. Haec enim erat indoles, haec primaeva natura earum Dynastiarum, quae deinceps conjunctae unum *Comitatum Hollandiae* effecerunt. Probant hanc Dominiorum indolem Diplomata Regia isti Comitum familiae & primis eius conditoribus data, in *Cod.* meo *Diplomat. Hist. Critic. Com. Holl.* not. p. 7, 8, 11, 13 sq. 31. 38. 53 -60.

Ut autem perspiciamus, quid in his deinceps immutatum sit, vel relaxatum, vel immutari relaxarive potuerit: ante omnia attendi debet ad *temporum* diversitatem & pristi-

nam

nam conditionem *hominum*, qui primitus haec Domania habitabant. In Hollandia non alia Sec. IX, X, XI erat vivendi ratio quam in reliquis terrae Europaeae tractibus. Habitabant in his Principum Dominiis prima aetate 1° nonnisi *servi* seu *homines proprii*, & 2° *liberi*, seu illi qui privata illic praedia habebant, & ex eo, quod praedia illa ex *Domaniis regiis* provenerant, *cives Domaniales* dici possent. De hoc tempore dixit alibi MURATORIUS *omnis populi multitudo divisa olim erat in liberos & servos.* Et alius scriptor Doctus: *Tout ce qui n'étoit pas noble, étoit serf ou à peu près.* Ex agricultura tunc adhuc fere omnis vitae sustendandae ratio pendebat. Nulli erant agri sine colonariis seu hominibus propriis, qui hos colebant *Homines* illi *proprii* in Domaniis Comitis in Chartis generali voce *mancipia* vocantur; quorum id temporis in Europa (prout adhuc alibi) maior erat quam *liberorum* hominum copia. *Liberi homines*, si qui aderant, (aderant certe deinceps) *immediatae* Imperatoris *Jurisdictioni* (cui antea suberant) per donationes nunc exemti, subjiciebantur deinceps & immediate parebant Comiti, salvo in reliquis iure suo, atque in primis illo iure *praedii* vel *fundi*, quod possidebant hi *liberi*.

Hoc sensu igitur ius Comiti erat integrum *venandi in zyne propre domeinen*? Sed quaenam erat extensio horum *dominiorum*? Non accipi haec debent sensu illo *strictissimo* N°. 3, quo hodie accipiuntur, de *Grafelykheids domeinen*, quatenus opponuntur *omnibus* iis, quae vel *alodii* vel *feudi* nomine vel aliis titulis ex Comi-

mi-

mitum vel Comitatus *bonis* privati deinceps nacti sunt, & hodie possident, sibique acquisiverunt pedetentim, sed eo sensu, quo quidquid olim sub generali voce *Domeinen* venit, ex qua dixi notione N° 2. nempe *'sGraven* of *'sGraaflykheids domeinen*; olim, inquam, antequam ex his integras Dynastias, Toparchias, Ambactias, (*hooge en lage heerlykheden*) aliaque bona & iura vel feudi vel alodii titulo in alios contulerunt. In his igitur omnibus Comites, tamquam horum bonorum possessores amplissimum ac privativum *ius venandi* habuerunt. Cogita e. g. *Westfrisiam* quod Comitis *peculium* ipsa voce sec. XIV. appellat PHIL. à LEIDIS *Cur. Reip.* Cogita *Zuidhollandiam*, quae ex systemate Feudali *privata* Comitis evasit possessio sive *dominium* inde ab A° 1018. quam nemo ante id tempus coluerat, sed quae *loca* erant paludibus & sylvis *obsita*, solis *venatoribus* & *piscatoribus Episcoporum Traiectensis* & *Leodiensis* relicta; nunc vero *Comitum Hollandiae*, ut pluribus probavi *Histor. Crit.* T. I. P. 2. p. 33. sqq. Perpenso igitur vetusto illo *Dominii*, simul & *hominum*-statu (qui hic omnem facit paginam) ius venandi in territorio Hollandico primaeva aetate non habuerunt, ex hodierno loquendi more & sensu,

1. nec Rustici,
2. nec Oppidani, nec eorum magistratus,
3. nec Nobiles, in bonis suis feudalibus, Dynastiis, Ambactiis, quas ab Principe obtinuerunt, sed hi posteriores duntaxat, ut *liberi* homines

in

in *fundo* suo ipsorum *avito*, non alibi. De singulis separatim.

Et 1°. quidem hoc negamus de *Rusticis*. Quod ex simplici hac observatione statim apparebit. Status *rusticorum*, prouti hodie se habet, & constat ex hominibus *liberis* qui vel suos ipsorum, vel alienos privatorum agros mercede conductos colebant, per illa tempora penitus erat incognitus. *Servi* sive *mancipia* agros colebant. Sequior aetas hos variis vocavit nominibus, maxime *censuales*, tamquam *censui obnoxios*, usitatius vero *homines proprios*, *eigen luiden*, *hof horige luiden* etc. quorum indolem ex Germanis descripsit J. *Potgieserus de condit. & statu servorum*. Ex Belgis Cl. Arntzen. *Jur. Civ. Instit.* P. I. p. 103. sqq. Ex Hollandis G. van Loon *Aloude Regeeringswyze van Holland* T. III. & IV. Hi autem servi, passim rura dominorum suorum colentes nusquam per totam Europam, neque adeo per Hollandiam, iure venandi in agris dominorum suorum gavisi sunt. Cuiuscumque enim essent indolis, sive servitutem servirent *perfectam* seu minus *perfectam*, vel quocumque nomine hi insignirentur Belgico, *schotharen*, *schotboortigen*, *schotschuldigen*, *horigen*, *hof hoorigen*, *keurmedigen*, *tynsschuldigen*, & deinde *huisluiden*, *buuren*, immo postea ab agris colendis *boeren* (*bouweren*) unde *status rusticorum* per *manumissionem* deinceps originem traxit; hi postquam vel manumissi vel mitiore conditione usi sunt, vel si ipsi agros sibi emerent; nunquam tamen hoc *venandi ius* simul accipiebant vel emebant; nisi diserte de

his

his constaret. Agri enim horum *censuales*, & *adventicii* multum distabant & distant ab avitis illis agris *ingenuorum*, de quibus infra.

Haec ex norma iuris tunc constituti *de servis*, hodie *Rusticis*. Quod ad *Oppidanos*, sive incolas Urbium in Hollandia primaevos; quum Urbes, quae Comites Hollandiae Auctores habent (habent autem, quod sciam, illae omnes sive ipsos Comites sive Comitum liberos *apanagiatos* vel agnatos cognatosque.) in ipso Principis fundo sive *Domanio* sunt extructae ex *Prim. Lin.* §. 832 (in quo fundo soli principi venatio); hinc oppidani hoc in fundo per se venandi ius non habuerunt; neque id antea habuerant, quatenus hi vel ex agris *censiticiis* in urbes commigraverant, vel iam antea in fundo Principis illic tamquam *censiticii* consederant, & *libertate* nunc donabantur. *Extra Urbes* quidem, si cui aperto in campo suus esset fundus *liber*, in eo certe naturalis & Europaea *venandi* libertas ei relicta fuisset. Sed homines *liberi* prima aetate in urbes non commigrabant; immo adhuc sec. XIV. *infamia notatos* fuisse *nobiles*, si qui urbibus adscriberentur, refert PHIL. VAN LEID. *Cur. Reip.* Et vel sic non sequeretur facultas venandi, etiam in *alieno*; quod contra eos dictum esto, qui de iure urbium, etiam minorum, nimis magnifice sentientes, illud oppidanorum ius adeo etiam generale censere possent, ut venatores admitterent oppidanos in agros alienos, non vero simpliciter in suos ipsorum. Quod iure primaevo falsum omnino; quid postea acciderit, hic non disquiro.

no

Videamus 3° de *nobilibus Territorialibus*. Hos nobiles ex liberis hominibus domanialibus sive *ingenuis* (*vrygeborenen*) ortos esse, in tanta rerum luce non opus est ut hodie probem. Nimirum quum omnis olim populi integritas his in territoriis divisa esset in *servos* & *liberos*; Comites Hollandiae (uti reliqui principes, vigente systemate Feudali) pedetentim & ipsi ex suis *domaniis* sec. XI, sqq. liberis illis hominibus sive ingenuis, quotquot aderant, iis praesertim qui *ministeriales* fiebant, & *munera* obibant, *Dynastias* & *Ambactias* (hooge en lage heerlykheden) vel etiam privata quaedam *praedia*, sed haec sine iurisdictione, in *feudum* dederunt, nonnunquam etiam *in proprium*. Verum (qui hic cardo rei est) his bonis praediisve nunquam annexa per se fuit *venandi* seu *feras* iis in agris persequendi facultas, nisi verbis disertis hoc ipsae literae *Feudales* sive *Investiturae* vel Donationes probant. Hoc docent omnia quae prostant Documenta. Idque iuri constituto congruum. Unde apud MIER. II. p. 63. loco supra allegato: *Al de duinen en de Wildernissen tusschen Maze en Sipe* (i. e. per omnem Hollandiam) *vinden wy des Graven* (i. e. *sunt 's Graven Domeinen*) *ten zy iemand mitten rechte bezitte*. cf. T. III. p. 792. n. 1. a. At vero illis in locis, quae tunc *Wildernissen* vocabantur, hodie jacent egregia multa *vireta*, *florida prata*, *horti privatorum amoeni*, *integrae Dynastiae* & *ambactiae insigniores*, uti in *Velsen*, *Beverwyk*; ut & inter *Hagam*, *Delft*, *Leidam*, *Harlemum*. etc. Docent idem sexcen-

centa apud MIERIS loca, ubi memorantur *'sGraven Domeinen*, *'sGraven wildernisfen*, vel *'sGravelykheids wildernisfen*, in quibus hodie *privatorum* egregia funt prata, horti, dynaftiae, ab privatis deinceps ex Comitis bonis quaefita Praeter MIER. T. II. 63. 111. 792. de quibus supra, vidd. T. II. p. 366 n. 1. p. 667. T. III. p. 446. n. 2. 547. n. 2. 551. b. 702. n. 1. 710. n. 1. 711. n. 2. 3. T. IV. 36, 750. n. 1. 873. n. 1. 931. 980. n. 2. 1002. ubi *de wildernisfen van Nooddorp*, *onfe wildernisfe van Haerlemmerhout agter Lis* (nam quidquid inter *Voorhout*, *Noordwykerhout* & *Harlemmerhout* hodie habetur, una olim *fylva*, & Comitis bonum erat), *'t wild en wildernisfe van 'sGravenzande*, *de wildernisfe van der Vogelenzang*, *onze duinmeyery wild en wildernisfe tusfchen NB de* MAZE *en Kennemerbeek*, *onfe duinen en wildernisfe in Noirtholland* (i. e. Delf- en Rynland) *in Kennemerland*, *onfe wildernisfe tusfchen Tetrode en den Vogelenzang*, *konynen en hazen poten in het Westland en rontom den Hage* &c. in quibus deinceps, quum cultiora evaderent loca, Comites ius venandi vel aliis *dederunt*, vel fibi *refervarunt*. Add. MERULA *over de Wildernisfen*. Ex eo autem quod per literas *Feudales* ius venandi non fimul traderetur; apparet ratio, cur illud in Hollandia nunquam per fe habitum fuerit Appendix, five confectarium Feudi, nec inter *fructus iurisdictionis* cenfitum, five, ut Belg. dixeris, *geen gevolg van hooge of ambachtsheerlykheid*, de quo ne verbum quidem P. BORT *over de Hooge en Ambachtsheerlykh.* Opp. p 731 — 794. Si quis igitur *feudi posfesfor* id habet, fpeciali id titulo habeat necesse eft, & probare tenetur. cf. P. BORT *Do-*

mein. p. 700. p. 701. & n. 16, sq. p. 702. Hinc quoque sponte fluit, quod, quaecumque praedia, in his Dynastiis, privatis venduntur, (ut saepe fit) quocumque titulo, quibuscumque iuribus, (*vry eigen erven*), sub his tamen iuribus censeri non possit comprehensum *ius venandi*; quum nemo plus aliis vendere possit quam ipse habeat. Concludo: alia iura Dynastae & Nobiles, in feudis Holland. non habebant, quam quae probare ex investiturae literis possent. Sed hic gravis prima fronte obiectio moveri poterit! Sic enim dici possit: At habebant illi ipsi liberi praedia olim *libera*. poterant igitur venari in his praediis. Respondeo: hoc non negatur. Sed hic distingui & observari quaedam debent. Possidebant nempe nobiles Alodia, vel *acquisita*, vel *avita*! *Acquisita* non aliud ius in ipsos transferebant, quam ex titulis translati dominii apparent; *Avita* vero praedia ea erant, quae hi nobiles habuerant prima aetate tamquam *ingenui* sive *liberi*. Hi igitur liberi homines (soli *feudorum* capaces, & unde in his territoriis sec. XI sqq. illi *Nobiles*, & *Nobilitatis inferioris* ordo, per Feuda & Ministeria apud Principem obita surrexit) ex systemate pristino domaniali, in avitis quidem praediis (concedo) habere potuerunt *ius venandi*, sed habita ratione Domaniorum Principis perquam *tenuia* haec procul dubio fuere per istam aetatem! Et quaeri hodie potest, quo ista nunc evaserunt *praedia*? E. g. Nobiles *Wassenarii*, antiquissimi profecto omnium liberorum qui cogniti in Hollandia sunt, procul dubio sec. XI. fuere eiusmodi *liberi* homines ac praedii alicuius

ius possessores, forte in Rynlandia. sed ubi hoc hodie praedium? Est ne illud in feudis ipsorum, quae ab Comitibus deinde tenebant, absorptum? Estne ob tenuitatem forte neglectius habitum? an aliis divenditum? An Comiti oblatum, ita ut *feudum* id *oblatum* ab Principe his traditum sit maiori quidem cum iure, sed absque *venatione*? Eiusmodi enim praedium avitum, quod ab omni quidem censu *liberum*, sed cum *venatione*, ex pristino iure possessum fuit, nulla tamen annexa *Jurisdictione* (quae per omne territorium solius *Comitis* erat), deinceps certe! (sic enim homines sumus) minoris haberi debuerit, quam bona maiora, ac praedia extensiora, quae deinde cum *annexa* jurisdictione vel criminali vel civili, vel utraque, ab Principe in feudum acceperunt, unde ortae de *Heerlykheden*. Hi maiorem honoris gradum adepti, maluerunt procul dubio tenuius illud ius *persequendi feras* in minori suo *praediolo avito* missum facere pro *feudo*, cui *jurisdictio* vel *militaris* honos adjungebatur, sed sine venandi facultate! Quod si vel maxime hoc ius in *suo* salvum fuerit; vel sic tamen nunquam his nobilibus ius *in alieno privato*, multoque minus in *bonis* ac *feudis* Comitum nisi speciali ex *concessione*. Quidquid igitur ex primaeva libertate venandi in dominio suo pro liberis illis sive nobilibus elicitur, illud verum; sed perperam applicatur ad *domania* & *feuda* Comitis, & ad *alienos* privatorum agros.

His igitur sic expositis & ex pristino temporum & hominum statu explicitis, facile apparet, quo fundamento nitatur, & quo sensu dicatur

tur, quod soli *Comiti Holl.* adscribatur, non tamquam *regale*, sed ut *domaniale* ius *venandi* per omnes agros, per omne territorium Hollandiae, tamquam *Domanium* suum sensu laxo (n. 2.) acceptum.

Poterat autem is venari vel *ipse*, vel quibus id vel *mandabat* vel speciatim *concedebat*. De *mandato* ut quid dicam, non opus est. Videndum de *concessione*! Cencessit nempe illud iam ab prima aetate.

1 *Aulae suae Ministris* ac *Domesticis*, cuius concessionis hodie relicta vestigia in omnibus iis Liberae Reip. Officialibus, quos recenset Merula *over de Wildernissen*, qui olim *Principis domestici* ac *consiliarii* erant, unde frequens denominatio, *die van zyn huisgezin*; *zyne hofbedienden*; *die van zyn Escrou*; quo referebantur omnes superioris gradus *Magistratus* ac *Balivi*, ne exceptis quidem Curiae Haganae consiliariis (*De Raadsheeren van 't Hof*); nam & hi olim ad Principis *Domesticos* referebantur. vid. Merula.

2 Concedebat certâ sub lege Nobilibus nonnullis, aliisque, in Feudis suis sive Dynastiis, titulo speciali.

3 Omnibus aliis, qui per beneficas Principis literas, (hodie *een Acte van jagen*) hanc veniam per integram Hollandiam vel certos terrae tractus adipiscebantur; quamquam habita *temporis & loci* & *modi* ratione. Tempus enim venandi etiam his statuebatur; quam in rem facit memorabilis locus van der Goes, *Registr. van Holl.* T. I. p. 64 ubi Nobiles Curiam Hollandiae, i. e. Principis, rogant

van

van te mogen jagen in den Duynen van Lichtmisse af tot Jacobi (ab 2 Febr. ad 25 Jul). Sed responsum tulerunt: *is se[illegible]*. Hoc enim in se suscipere non audebat Curia. Neque in alia Comes permisit loca, & praedia, quam in quibus venari ipsi licebat. Licebat autem, ex supra dictis, I° in omnibus *Domaniis* suis laxe sumtis, ex quibus feuda, cum maiora, cum minora, aliis concessit, vulgo *hooge en ambachtsheerlykh.*, nisi si per literas feudales aliasve hanc sibi potestatem ipse vel ademerat, vel privative vel cumulative concesserat. quod tamen raro contigit. 2°. In iis Domaniis *strictissimo* sensu sumtis, quae Vir Nob. RENDORPIO vocantur *'sGraven propre domeinen*, (*Duinen, Bosch, en Hei*, &c.) Id est, in iis, quorum & *utile* & *directum* dominium mansit Comitum. 3° In omnibus illis porro locis, in quibus venari his *privatis* non licebat per agros apertos, olim censiticios, qui postea quidem privatorum in manus pedetentim venerunt, isti tamen oneri subjecti manserunt, ut ipsis venari non liceat, alios tamen nomine vel permissu Principis, vel ius Principis exercentes, (qui hodie est *Gubernator Gen.*) venantes admittere debeant. Unde nunc intelligitur locus *Grotii*, quem fundamenti loco supra adscripsi, *Holl. Rechtsg.* II. 4. 26 *'t kleyne wildt mogen vangen* [overal] *alle Edelluyden ende voornaemste Amptluyden* —— *Andere luyden mogen nog Hasen nog Conynen vangen, self niet* OP HAAR LANT — *alsoo de landen dat ongeryf van ouds onderworpen zyn geweest.* nempe nunquam

 quam

quam Comes, neque etiam postea OO. hoc ius vel servitutem remiserunt. *Arva* autem illa, quae nunc sunt privatorum, omnia fere ex sinu Comitum, eiusve domanio vel feudo, paullatim privatis acquisita sunt.

Haec de iure venandi stricte accepto, sive de facultate persequendi feras per agros *in suo*; quod omnino congruum juri Romano, sed perperam hic applicato.

His principiis positis facile carere possumus iis, quae hic praecipiunt DD nonnulli de libertate venandi *naturali* & *gentium*, multisque aliis quaestionibus inde derivatis; in his, undenam Principi competat ius Venationem sibi soli vindicandi? an iure suo subditis venationi interdicere queat? & similibus; quae ex imperio mere civili hausta minus recte applicantur ad *Principes territoriales* iure Europaeo.

Cum hoc vero quidquid est *Juris Domanialis*, confundi non debet *Jurisdictio Principis*, & facultas *leges ferendi* de *venatione* rite *instituenda* eiusque abusu; easque leges sanctione poenali muniendi. Vulgo *bannum ferinum*.

Quod ius Comiti oriebatur ex *superioritate territoriali*, sive ex imperio, huic Domanio annexo. quo referri possunt 1. *leges* 2. *magistratus* 3. *jurisdict. venatica*.

1o De Legibus circa Venatum, vid. MERULA *Placaten op de Wildernissen*, per totum & Gr. Pl. B. IV. 523. inde ab a. 1470. Antiquiora habet MIERIS IV. 356. 448.

Con-

2º Huc ſpectant conſtituti ab Comite Officiarii, vulgo *Foreſtarii*, Belg. *Houtveſters*, aliique minores miniſtri; ac *Commiſſi* formulae his praeſcriptae. Hinc *Houtveſters Recht* vocatur *'s Graven recht*. MEMORIALEN *van 't Hof*, *Roſa* T. III. fo. 214.

Supremus Foreſtarius ſemper vocabatur ONSE *Houtveſter van Holland*, M. II. 572 *van Haarlem* II. 571. a. vel *Haarlemmerhout* M. III. 473. f. Horum *Foreſtariorun* Catalogum exhibet VAN LEEUW. *Bat. ill.* p. 1513. inde ab aº. 1376, multis tamen facile ſupplendum ex MIERISIO. Sic inferiores etiam Miniſtros conſtituit. Unde *Onderhoudveſter van Haerlemmerhout*. MIER. III. p. 474. n. 1.

Jagermeeſter over Holland. M. IV. 759.

Onſen Valkenaar. M. II. 388. a.

Onſen hondebewarer. M. IV. 797 f.

3º Etiam exercebant *Jurisdictionem Foreſtalem* ſ. *poteſtatem Iudicandi vel tribunal erigendi* de delictis rei venaticae, quod ex omnibus Actis & LL. probari poteſt.

Qui haec hactenus neglecta diſtinxerit, multos cavebit errores, & dubia ſolvere poterit, imprimis ſi diſtinguat ius venandi in *ſuo* & in *alieno*.

Nam omne fere erroris principium, unde tam varie de hoc venandi jure ſcribitur, oritur ex eo, quod *facultas venandi naturalis*, poſt diſcreta & introducta *Dominia*, imprimis poſt multa ab Com. in alios tranſlata Domania ac feuda, ulterius extendatur quam *ad proprios fundos*. Permiſſa enim *Venatio* in *alieno* non eſt naturalis, nec comuni jure Eur. fundata, ſed

oritur ea ex conceſſionibus & Legibus deinde latis, vel ex priſtino Comitum in hos Jure & Dominio.

Jus foresti (*Woudrecht*) comprehendebat omnem ex ſylvis & arboribus uſum, jus caedendi arbores, paſcendi, & ſimilia. De quo PFEFFING. T. III. p. 1360 ſqq. 1389. ſqq. VAN DER MARCK Diſſert. de *pauperie animalibus facta* §. XLVI. c n. H. COCCEI. *jur. publ. Germ.* C. 23. ſect. 2. §. 50.

B. Hac occaſione pauca addam de reliquis venandi ſpeciebus. *Aucupium* eſt altera *venationis* ſpecies. Sed ea in Holl. ſicut alibi, duplex, 1° avium *maiorum* ſive *nobilium*, 2° *minorum*.

De *maioribus* conſentit H. GROT. *Holl. Rechtsgel.* II. 2. *n.* 4. *Dat de jagt van Edele Vogelen de Graeflelykheid* (i. e. den Grave) *toekomt, en den genen die ſulks by de Graeflykheid vergunt is* Unde explicanda Comitum Edicta & Leges, *Gr. Pl. B. I.* 1300. II. 2060 ſqq. quaeque alia habet MERULA P. 2. *over de Wildern.* cf. *Rechtsgel. Obſerv. op de Groot* I. 35. ſq.

Minores vero *aves* cuique aucupari olim non modo *in ſuo*, ſed plerumque etiam in *alieno* licebat, ſine laeſione tertii. Cf. *Rechtsg Obſ.* III. p. 77. P. BORT p. 703. n. 20, 21. Atque in eo *aucupium*, quod in aëre fiebat, & *ferae venatio*, in agris, iure Belgico olim differebat. Cf. H. GROT. l. l. Inprimis etiam in eo poſita diſtinctio erat, quod Comites, Feuda largientes, plerumque Nobilibus Vaſallis in terris ſuis ſimul da-

bant

bant *aucupium* & *piscationem*, non item ius *feras captandi*: quamquan non tamquam *sequelae* ambactiarum considerari solebant. Quae autem *Nobiles* aves dicendae, id vulgo leges determinabant. Ex praemissis apparet, unde *Cygnorum* ius (*de Zwanedrift*) originem suam habeat. cf. *Merula* p. 105. Mier. III. 896.

C. De *piscatione* eadem ratio. Ex praeconcepta quadem opinione, vel potius ex ignorata Dominii Comitum natura H. Grot. *Holl. Rechtsgel.* II. 1. §. 27. n. 18. *De Visscherye van de stroomen is van outs mede geweest* by 't Land, *ende den Graven* gegeven *tot haar onderhout, die voorts vele Leenmannen ende andere luyden daermede hebben begiftigt.* si Verba *by 't Land* mutentur in *by den Keiser en 't ryk*, sanam habebis iuris Belgici doctrinam. non enim haec Comites debebant populo, vel incolis; sed acceperunt ex *donationibus* ab Imperr. una cum territorio, unde & *grondheeren van den stroom* dicebantur, supra. Quidquid igitur aquarum Hollandiam permeabat, id ipsis ex Chartis simul donatum, uti pluribus probant *Rechtsgel. Observ.* II. p. 60—64. Atque inde recte Flor. v. alibi apud Mieris: *Alzoe door allen onsen lande in alle wateringen alle recht van Visscherye ons bisonder aengaet* — cf. T. III, 340. b.

Quemadmodum autem *Vroonlanden* voor *'s Heeren landen*, ita quoque denominatio *Vroonvisscheryen* accipiuntur pro *'s Heeren* of *Gravenvisscheryen.* Vox enim *Vroon* notat *Heer* sensu iuris Germ. Huiusmodi erant *de Vroonen van Alkmaar*, *van Gornichem*, Memor. *Rosa*

VI. n. 612 *De Vroonen* of *Vroonvisscherye van Leiden*, quae olim Comes Urbi Leidensi dedit in perpetuam Emphyteusin. De quibus v. D. SCHELL. *Tiendr*. I. 341. sqq. De qua piscatione *'t Vroon v. Leiden*, illud, a *Verona* oppido deducens, egregie negatur V. LEEUW. *Bat. ill.* p. 97. Hinc etiam *Vroonvisch*, is est, qui Principi qua terrae domino competit, vel ei, cui hoc largitur. ib. v. D. SCHELL.

Piscationes autem maxima ex parte Comites Feudi iure dederunt. Unde facile de his Regg. statui potest.

1. nullum olim ius piscandi cuiquam competere praesumebatur, sine probatione. Praesumtio semper *pro fisco*, i. e, sensu Iuris Belgici pro aerario Principis seu Comitis.

2. Graviter puniebantur, tamquam qui ius Principis involabant, qui eius injussu hoc sibi arrogabant. *Rechtsgel. Obs. l. l.* p. 64.

Caveamus porro ne posthac de *Regalibus Comitum Holl. circa flumina* somniemus. Non enim erant & haec *Regalia*, sed *iura domanialia*, seu *patrimonialia*, ab primo inde aevo. Et falsum est quod alibi dicitur, quod haec deinceps in *iura patrimonialia* versa sunt. Fuerunt enim ab prima aetate per donationes regias Comitibus facta.

Atque haec speciminis tantum loco. Pluribus singula asserta ut probarem, nec tempus nec animus ferebat.

* * *
* *
*

IN-

INDEX.

Auctorum veterum, qui in his Actis emendantur, corriguntur, vindicantur, vel illustrantur & explicantur.

In

SUI-

ADDENDA & CORRIGENDA.

Pag, 4. *Lin*. 5. *post* τὸ veluti *adde*: *Gruterum*, indice *Burmanno*, in *Praefatione* ad *Gruteri* alteram editionem p. 9. ubi, *multas*, ait, *bis terque repetivisse*, & exemplo tituli ter recocti DCLXXVII. 7. DCCXV. 2. & MCXXVI. 5.

P. 16. L. 16. *pro* Ligonus *lege*, Ligorius.

P. 22. *L antep. pro* Palavii *leg*. Patavii.

P. 29. L. 3. & 6. *pro* Castellioneum, & Castellioneus, *leg*. Castellionaeum & Castellionaeus.

P. 34. L 26. *pro* Bouehe *leg*. Bouche.

P. 42. L. 8. *pro* dentoante *leg*. denotante.

P. 44. L. 1. *pro* Mutatonus — Innonem, *leg*. Muratorius — Iunonem.

P. 47. L. 22. *pro* Cail, *leg*. Caii.

P. 51. L. 23. pro *Danubis*, leg. *Danubio*.

P. 54. L. 11. *pro* τελειας, leg. τελείας.

P. 63. *L. ult. post* proclive est, *adde*: Cf. *Georg. Henricus Martinius* ad *Ernesti Archaeologiam Literariam* p. 126. 127.

P. 68. L. 1. *pro* Aeternitatam, *leg.* Aeternitatem.
P. 80. L. 19. *pro* πιερίστατοι, *leg.* περίστατοι.
P. 89. L. 9. *pro* τιμωρειν', leg. τιμωρεῖν.
P. 95. L. 18. pro νοῦθετεῖν, leg. νουθετεῖν.
P. 164. *L. pen. pro*, &qua, *Leg.* & quae.
P. 208. L. 21. *pro*, constantinopoli, leg. *Constantinopoli.*
P. 212. L. *pen. pro*, epidit, *leg.* expedit.
P. 216. L. 20. pro ἀρχῆς, leg. ἀρχῆς.



